ctionem ciuitatis iactabant se esse Christum.

6 audituri enim estis prelia. sic samarita
norum contra Iudęos. et Iudęorum uolentium re
uelare contra Romanos post passionem Christi ante
destructionem Ciuitatis, ut dicit Iosephy. lib. 20. ant

6.

6. sed nondum statim finis. Sb̄ uel Ierusalem uel mundi.

14 & prædicabit euangelium in Vniuerso orbe. i. in maxima orbis parte. uel in toto prorsus orbe. ~~& tunc uenient consummatio. Sb̄ uel mundi. uel.~~ nam etiam ante destructionem Ierusalem, quæ est facta in medio terræ prædicatum est euangelium in partibus Europæ, Affricæ, & Asiæ quæ erant habitabiles: quod factum est per Petrum et alios apostolos, et per eos, quos ipsi miserunt. sed quantum ad effectum conuersionis hæc prædicatio fiet in fine mundi, quando.

Regni

15. Et tunc uenient consummatio. Sb̄ mundi uel ciuitatis.

16. cum ergo uideritis abominationem desolationis stantem in loco sancto. Hæc abominatio est idolum seu imago sui, quam adorandam proposuit Ælius Adrianus in loco, ubi steterat arca dei. sicut dicit in historia ecclesiastica: et hoc est quod prædixit Daniel 9. Tunc. (Sb̄ post Christum pas sum, et immediate ante Ciuitatis destructionem) qui in Iudæa sunt fugiant ad montes. Sb̄ ne saltem, quod et factum est a multis, qui ut dicit historia ecclesiastica fugerunt ultra Iordanem ad Regem Agrippam, qui erat confœderatus Romanis. uel tunc qui in. I. sunt. f. ad montes, Sb̄ post destructam Ciuitatem; q̄ quamuis illam postea Ælius Adrianq

E

g deficarent, prohibuit tamen ne ulli ex Iudeis
daret licentia intrandi (necdum habitandi illic
20. orate autem ne fuga vestra fiat hye
me in el sabbatho. g hyems est tempus in aum
petens ad fugam. et in sabbatho non licebat pro
gredi ultra mille passus.
21 erit enim tunc tribulatio magna. sb
tempore extremi iudicij. de quo iam inde specia
liter agit.
22. et nisi fuissent breuiati dies illi. non q̃ in
pore Anti christi sint futuri dies in seipsis breuio
sed g tempus illud non durabit ultra tres annos cũ
dimidio. ut dicit daniel. 12. c.
27. Sicut enim fulgur exit ab oriente etc.
li. 1. oc. uta. er. ad. f. dej. i. secundus aduen
tus filij dei erit omnibus notissimus, non sicut pri
mus.
28 ubicunq; fuerit corpus. i Christus in fi
gura humana, in qua inducabit. illic congregab
untur et aquile. i. sancti. g ut aquile ad tale
corpus properant
29. et stellæ cadent de cœlo. i. retractu lumi
ne uidebunt cadere. et Virtutes cœlorum. sb an
gelice. cõmouebunt. sb admiratione. uel timore
quod uidet hyperbolice dictum.
30 et tunc apparebit signum filij hominis. i.
crux, forte ipsa in qua affixus est. claui lancea etc

6. De die autem illa et hora nemo scit, neq3 angeli. q3 sicut principium mundi soli deo fuerunt, sic et finis. nisi solus pater. non excludi t persona filij et spiritus sancti. quibus est eadem potentia et sapientia cõmunis.

40 Tunc duo erunt in agro ~~unus assumet et unus relinquet~~. i. prælati.

41 Duæ molentes. i. activi et infirmi status. duo in lecto. i. contemplativi. unus assumetur et unus relinquet. q3 de omnibus statibus salvabi t, seu assument. et (proh dolor) de omnibus relinquent aliqui, sb3 ad gheennam. i

i ~ cap. 25 32. et congregabuntur ante eum omnes gentes sb3 ministeris angelorum ~

cap. 26

1. et cum consummasset sermones hos dixit discipulis suis. sb3 feria tertia.

2. scitis q3 post biduum Pascha fiet. chald. Pischa. hebraice. Pesach significat transitum exo 12. sumit et pro agno paschali: sic tamen profes to, quod incipiebat decima quarta luna ad vesperam.

3. Tunc (sb3 feria quarta) congregati sunt p- 2 principes sacerdotum et

5. Dicebant autem non in die festo. sed tamẽ ~ sed consilium mutaverunt nulla occasione.

6. cum autem Jesus esset in Bethania. sb3 sex diebus ante Pascha; et q3 hic recapitulatio est.

12

12. mittens hęc unguentum hoc ad sepe
liendum mefecit. q. d. uelut iam sepeliendum
unxit.

17. Prima autem die azimorum accesser
unt discipuly. i. feria quinta ad vesperam.

18. ite in ciuitatem ad quendam. i. ad cer
tum quendam. nam unus, et quidam sic distingu
t apud grámaticos, quod quidam certam denotat
personam, Vnus autem incertam substituere seru
bant.

29. usq; in diem illum donec illud bibamus
uobiscum nouum. i. nouo modo. sic postresurrec
tionem conuiescens cum illis. uel nouum. ingloꝛ.

30. et hymno dicto. i. gratijs de actis.

36 Tunc uenit cum illis in villam quę di
citur gethsemani. Villa est, locus, uel ager ad ra
dices montis oliueti.

45. Dormite iam et requiescite. ironia est

53. et exhibebit mihi modo plusq; duode
cim legiones angelorum. Legio continet sex mil
lia militum, aut minus, ut aliqui dicunt: semper
tamen continet aliquot millia.

64 a modo uidebitis filium hominis. i.
post hoc tempus aliquando.

cap. 27.

3. Tunc Judas poenitentia ductus. nonbo
na et diuina, sed mundana, diabolica, et fere infer
nali.

nah. 6. Principes dixerunt non licet eos mittere in corbonam. i. in gazophylacium, nox est chaldea hebraice autem corban donum est uel oblatio.

9 tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem; et acceperunt triginta argenteos etc. quamuis in libro Hieremie quem nunc habemus ista auctoritas non reperiat, tamen. d Hieronimus testat se legisse eam in quodam libello hebraico qui dicebat esse Hieremie prophete, in quo erat dicta auctoritas de verbo ad verbum. uel ly Hieremiam, ut dicit idem Hieronimus, non est detexte; nec in antiquis libris reperit, et secum dicit per prophetam, Zachariam debemus intelligere in cuius cap. 11. habet citata auctoritas verbis aliquantulum mutatis.

10. Sicut constituit mihi dominus. hec verba addita sunt ab euangelista, qr ista erant a deo prordinata.

11. Et interrogauit eum Preses d. tu es Rex iud. dicit illi Jesus Tu dicis. sb dici veritatē

sicut supra ad Judam. tu dixisti.

19. misit uxor eius dicens. nichil tibi et iusto illi. hoc est non condemnes eum. multa enim

pas

passa sum hodie per visum propter eum. i.
passa sum multa a dæmone. uel in vigilia uel
in somnis, visionibus, et terroribꝫ illamuexã
te; ut sic mortem domini impediret, exqua fue
ra erat nostra salus.

24. Pilatus lauit manus suas coram po
pulo, negs tamen ob hoc immunis fuit a nece
domini. Notat autem. d. August. q sanguis ch
risti gentilibus fuit ueluti aqua ad lauacrum.
Iudeis uero manet sanguis (ut illi petierunt)
super ipsos, et super filios eorum.

31. et postqꝫ illuserunt ei exuerunt eum
chlamyde. i. uestem militarem et regiam.

33. et uenerunt in locum qui dicit golgo
tha. i. caluaria. nox est chaldea; hebraice di
cit gulgoleth. caluaria autem locus plenus
erat capitibus damnatorum.

35. ut adimpleret quod dictum est per pm
phetam dicentem. Diuiserunt sibi. v. m. et
sup. v. m. m. sortem. hæc uerba ut annotat
Hieronimus non sunt de textu matthæi, neqꝫ
habent in libris antiquis; sed tantum in euange
lio Ioannis. diuiserunt ergo uestimenta in qua
tuor partes, qꝫ quatuor erant illi milites; sed ta
men super tunicam, seu uestem christi dominicã
consutilem admodum reticule contextam, cum

nõ

non haberet sutiram, qua cõmis de iiudi posset
rnisserunt sortem.

36. et sedentes seruabant eum. sb̃ ne
quis eum ulleret decruce, aut de manibus eoꝝ
eriperet anteꝙ moueret.

37. et imposuerunt super caput eius cau
sam ipsius scriptam. sb̃ ob quam eum neciss
xerunt; quod Iudꝝ facere solebant in damna
tis. causa autem erat, qꝛ se Regem fecit Iudꝙꝝ

44. idipsum. sb̃ blasphemare in eum) et
latrones faciebant. i. latrunculi. uel ambo
improperabant ei in principio, postmodum uero
alter tantum. "

46. deus meus. d. m. ut quid dereliqui
sme. i. tradidisti, et relinquis in manibus oc
cidentium.

47. quidam de illic astantib̃. sb̃ dem
litib̃ gentilib̃, qui linguam hebraicam ignora
bant. audientes dicebant Heliam uocat iste

50. Iesus autem iterum clamans uoce
magna emisit spiritum. sb̃ uoce mira cubsa
qꝛ tamen iam in extremis, tantisqꝫ tormentis atte
nuatus tam ualidam uocem emittere naturali
ter non ualeret.

53. et exeuntes de monumentis post resur
rec

rectionem eius. non tunc quando monumē
ta aperta sunt in Christi morte, sed postea resurg
ente domino surrexerunt in testimonium domi
nice resurrectionis.

56. Inter quas erat maria magdalene
a magdalo castello sic dicta. et maria Iacobi
et Ioseph. sc̄z mater, hec erat soror marie mat-
ris saluatoris.

57. cum autem sero factum esset ue
nit quidam homo diues ab Arimathea. ci-
uitas est que. 1. reg. dicit Ramatha a qua fu
it oriundus Samuel.

59. et accepto corpore, Ioseph involuit illud
in syndone munda. i. pannis lineis mundis: et sicut
pius dominicum in altari non consecrat super pan-
nos sericos, sed lineos.

60. et posuit illud in monumento suo nouo
In. q. n. q. p. fuerat. qz si alius ibi fuisset sepul
tus calumniassent postea Iudei, non dominum, sed
illum aliu resurrexisse.

cap. 28.

1. Vespere autem sabbathi. esto es el sabbad
en la tarde. q. d. preparauerunt se ad eundum in
sepulchrum. que lucescit in prima sabbathi: sc̄z
que vespera incepit lucere finita illa nocte in aurora
diei dominice esto es el domingo por la mañana que

and

quando fueron. Vel Vespere autem sabbathi
que lucescit in prima sabbathi: esto es enel fin dela
noche del sabbado que auia passado començando ya
el domingo. Incertum est autem, qua hora domi
nus resurrexerit. credit tamen fuisse post mediam
noctem.

16. Vndecim autem discipuli abierunt in
galilæam in montem ub. e. illis Jesus. forte Tha
bor in quo transfiguratus est.

17. et videntes eum adorauerunt. sb3 Apostoli
quidam autem dubitauerunt. sb3 alij ab apostolis
Si etenim. etiam thomas iam tunc erant certi de
domini resurrectione.

20. et ecce ego vobiscum sum omnibus dieb9
usq3 ad finem sęculi: sb3 et vestris operib9 assistę
do. et in sacramento eucharistiæ. et sic patet q9 fides
Christi non defecit usq3 in finem mundi quamuis
impugnetur.

In

In Euangelium secundum
~ Marcum ~

Marcus dictus est etiam Ioannes. unde actuum. 12. fuit autē primum Pauli discipulus; deinde Petri sub quo Rō mq euangelium scripsit. unde colōss. 4. 2. ad Timoth. 4. 1. Petri. 5. ita quidam, alij aliter. scripsit autem grece secundum quosdam, secundum alios latine, estq3 Alexandrie, ubi erat episcopus martyrio coronatus.

cap. 1

1. Initium euangelij. sic tale fuit. uel est primum, quo indicat se incipere a Christi predicatione.

2. Sicut scriptum est in isaia propheta. sic isai. 2. ab illis verbis. uox clamantis, nam antea dicta sunt parenthesis ex Malachia.

4. Fuit Ioannes in deserto Bapt. et predicans baptismum poenitentie. i. quo ad poenitētiam excitabat. In remissionem peccatorum. sic faciendam per Christum: uel tunc, non tamen ex ui baptismi. sed contritionis

5. et egrediebat ad eum omnis Iudee regio. i. magna pars. modo loquendi uulgari. confitentes peccata sua. i. illo actu pro peccatis deprecantes. uel generaliter peccata confitentes. " 6.

6. locustas et mel syluestre edebat. sh oles
frixas. sic enim uescebant a pauperibus terre illis
24. et horum in spiritu immundo exclama
uit Jesu nazarene. ut quid uenisti ante tempo
perdere nos. ✠ Ante tempus non est grece, nec syri
ace. scio qs us uel quis sis sanctus dei. i. homo sanc
tus.

34. et non sinebat ea loqui. i. predicare q
christus dominus esset sanctus, quoniam non est spe
ciosa laus in ore peccatoris nec predicatio, nec dum
laus aut predicatio demonis; et faciebat demones
tacere ne fallerent dum uerus falsa miscerent —
ubi nota q demones ex prophetijs, que determina
uerant locum, tempus et modum aduentus christi
domini eum esse christum ad salutem hominum
missum cognoscebant. Luc. 4. Vtrum autem esset
filius dei naturalis, et deus per naturam ignorabat
neq; hoc cognouit diabolus tentans eum Matth. 4

43. et comminatus est ei. ne sh diceret. statim
q; eiecit illum. i. dimisit eum.

cap. 2.

14. et cum preteriret uidit leui. qui et mat
theus. Alphei. sh filium. sedentem ad telonium.

19. 20. 21. et. 22. explicatio patet supra mat

thei

thei 9. ante medium capitis. b. ~

26 quomodo introiuit (sb̄ dauid) in do
mum dei sui sub Abiathar Principe sacerdo
tum. Abiathar filius fuit Achimelech sacerdotis
cum eo etiam sacerdotio fungens, quando dauid
uenit ad Achimelech. 1. reg. 22. et patri super
stes adhęsit dauidi Achimelech a saule occisso.

cap. 3.

5. et circumspiciens eos cum ira. sb̄ Zelus
tria.

6. exeuntes autem Pharisei cum Herodian
is. sb̄ multo9 Herodis. uel qui dicebant Hero
dem ascalonitam esse messiam male intelligen
Locum genes. 49. non auferet sceptrum de Iuda
ett.

21. & cum audissent sui. sb̄ cognati christi
~~exparentes mei~~. exierunt tenere eum, dicebant
enim, quoniam in furorem uersus est. uiden
sb̄ eum tanto feruore predicare ea quae ipsi non in
telligebant magno faciei fulgore existimabant eum
esse arreptitium. Scribe uero ob̄ immundam dicebā
nt, quoniam Belzebub habet.

quae sequunt exposita manent matth. 12. moda
ter autem n°. 23. Sathanas Sathanam eiicit quan
do unum vitium expellit aliud. v.g. auaritia prodi
galitatem, aut ejus.

" 31

31. & Venerunt fratres eius. i. Apostoli. uel consanguinei germani.

cap. 4

1. & iterum cepit docere ad mare. i. prope mare.

10. & cum esset singularis. i. solus extra turbas.

25. qui enim habet. sb3 fidem et gratiam operatem dabit illi. et qui non habet. sb3 pdicta etiam quod habet auferet abeo. sb3 notitia legis quam habet.

26. et dicebat sic est regnum dei quem admodum si homo iaciat sementem in terram. hic ponit fructus euangelice pdicationis. primo herbas. sb3 timoris. spicas sb3 spei. et granis siue fructus charitatis. ^

27. et dormiat et exurgat nocte et die. dormiat iungendum cum nocte; surgat iungendum cũ die.

29. et cum se produxerit fructus. statim mittit falcem. sb3 ad colligendos electos in patriam.

35. et aut illis cum sero factum esset, Transeamus contra. i. in ulteriorem, seu aduersam ripam

cap. 5.

2. et exeunti ei de naui occurrit ei homo in spiritu immundo. unde supra matth. 8. ubi dicit q erant duo demoniaci, sed hic facit mentionem de uno suo, habente sb3 legionem.

6.

6. quid mihi et tibi Jesu fili dei. iam supra diximus, quo pacto eum dæmones cognoscebant. cap. 1. n. 34 *

9. quod tibi nomen est. et dicit ei legio. numerus est 6666. multitudo. sb dæmonum contrahos pugnantium.

10. et deprecabant eum multum. ne se expelleret extra regionem. i. hominum habitatione et in Abyssum inferni, uel extra illam terram uel prouinciam.

13. et precipitatus est in mare. sb grex porcorum. ad duo millia. i. duo millia eorum.

41. et tenens manum puellæ ait illi Thalitha cumi. Talitha. i. puella chaldea uox est cumi. i. surge hebræa uox. Tibi dico, additum est ab euangelista. »

cap. 6

1. et egressus inde. sb ex Capharnaum. abijt in patriam suam. sb nazareth.

5. et non poterat ibi. sb in patria sua Virtutem ullam facere. i. non poterant uirtutes eum facula ibi congruenter fieri. ob indispositionem illorum.

13. et ungebant oleo multos ægrotos. sb sancto extremæ unctionis a christo domino instituta.

35 et cum iam hora multa fieret. i. Vespere orde

Vnde lucas dicit q̃ dies ẽsperat declinare.

37. et dixerunt ei. sb̃ Christo domino eunte
emamus ducentis denarijs panes. q.d. licet hos
denarios haberemus ad emendum. uel ducentide
narij necessarij erunt. nec sufficient ut dicit Joá

6./52. non intellexerunt de Panibus. i. nõ
aduerterunt dei potentiam in necessitatib̃, prout
ex eo quod panem poterant meminisse.

cap. 7

4 et á foro. sb̃ Venientes ubi exusure ẽs
neralium et earum tactu facile cõtaminabant
aut ex gentilium conuersatione. non comedunt
nisi baptizent. i. abluant

26. erat enim mulier gentilis, grece ελλην
is. i. greca, q̃ fere grece loquerent gentiles: et sic in
sacra scriptura gentiles appellant greci. ut patet. ex
actib̃. et Paulo. Syrophoenissa genere. i. ex
Phoenicia Syria.

cap. 8

10. et statim ascendens nauim cum discipulis
suis uenit in Partes Dalmanutha. matth. 15. di
cit in fines Magedan.

12. amen dico uobis, si dabit. hebr. non dabit
generationi isti signum.

15. et precipiebat eis dicens cauete a fermen

to Pharisæorum. i. a falsa doctrina eorum et tra
ditione. et a fermento Herodis. i. illorum qui-
bus Herodes fauebat supra inde cap. 3.

22. Veniunt Bethsaydam, et adducunt ei
cæcum. non a natiuitate, q̃ habebat notitiam ar
borum; sed hic non multum cogit.

23. et apprehensa manu cæci eduxit eum
extra vicum. i. Bethsaydam.

32. et apprehendens eum Petrus cœpit in
crepare eum. i. blande et ut subditum decet a
passione dissuadere. absit a te domine etc.

cap. 9

.1. non gustabunt mortem donec videant
regnum dei veniens. i. venisse. In Virtute. i.
in potentia admirabili transfigurationis.

12. Helias cum venerit. scz ad finem mundi
Primo restituet omnia. scz sua prædicatione.

13. elias venit. scz Ioannes baptista in spiri
tu, et uirtute Eliæ.

19. O generatio incredula quandiu uos pa
tiar. sic eos uocat q̃ non petebant ab eo ut tem
plum illud faceret, et signa faceret ea fide, qua be
cebat. ut ex hoc capite colligi

39. nemo est enim qui faciat Virtutem in no
mine meo, et possit cito (i. facile) male loqui.

43. & si scandalizauerit te manus tua abs
cinde illam. Sic occasiones peccatorum sub mem
brorum nominibus docet amputandas.
49. omnis enim igne salietur. i. omni damn^a
tus in igne quasi saliet ne omnino consumat^ur ue
luti rarosale conduta.

cap. 10

18. Jesus autem dixit illi quid me dicis bonū
i. d. si me tantum hominem esse existimas. Nemo
bonus nisi unus deus. sb exseipso.
21. Jesus autem intuitus eum dilexit eum. i. be
nevole & amanter aspexit.
25. facilius est camellum per foramen acus
transire. ett. per hyperbolem significat difficultatē
maximam.
30. nemo est qui reliquerit domum ett quinō
accipiet centies tantum nunc in tempore hoc. qz.
sb accipiet nunc bona spiritualia. quæ magis exce
dunt temporalia, qz si parvus numerus centenarius
comparet. cum persecutionibus. hoc est etiam in
medijs afflictionib; illa omnia spiritualiter inuenier
35. et accesserunt ad eum filij Zebedej dicentes. sb
per matrem. uel simul cum matre.
36. quid uultis ut faciam uobis. vobis non est
grece.
40. non est meum dare uobis, sed quibus pa
ra

ratum est sed. pro nisi. vide supra matth. 20
non est meum dare vobis. sh ob causam consan
guinitatis, vel rationem qua petitis.

42. scitis qhi qui vident principari gen
bus dominantes eis ett. Hge verba Christi domini
et ad ambitionem duorum, et ad indignationem
decem dirigi vident.

46. et veniunt Hiericho et Filius Timei Bar
timeus eqcus sedebat iuxta viam mendicans. Bar
timeus interpretat filius pinguedinis.

cap. 11

1. et cum appropinquaret Ierosolimæ et Be
thaniæ. vide matth. 21.

2. Ite in castellum. i. pagum.

10. Benedictum qui venit regnum. sh me
xie. quamuis modum, qui regnaturus esset ign
zabant.

13. non invenit nisi folia. non enim erat tê
pus ficorum. q.d. mysterium latere in illo fab
16. non sinebat ut quis transferret vas per
templum. i. utensile quodpiam.

cap. 12

num°. 1. 2. 3. 4. ett. vide expositionem matth
cap. 21.

30 27. deus Abraham deus ysaac et deus Jacob
non est deus mortuorum sed uiuor. i animasha
bentium semper duraturas, & corporibus reuniendas.

34. non est longe a regno dei. q. d. si approbas
dei mandata inde uenies ad eorum executionem
ingica perfecte salus.

42. Vidua misit duo minuta, quod est qua
drans. i. quarta pars assis, sic forte uulgo quatrin

cap. 13.

num°. 2. 3. ett. vide expositionem matth
cap. 24.

14 Cum autem videritis abominationem desolationis, ubi non debet. sb in loco sancto
vide. matth. supra.

32. de die autem illa nemo scit, neq; angelus
neq; filius. sb nisi reuelet. nisi pater. et percons
gnens, filius et spiritus sanctus.

cap. 14

1. erat autem Pascha et azima post biduum. i. futura erat. azima pluraliter nomen est
vide pro hoc expositionem matth. 26

3. Venit mulier habens alabastrum unguẽ
ti nardi spicati. i. ex spica nardi. grece πιστικῆς. idest
fide

fidelis. sic Joannis 12. dicit pistici syriace presb
aretissimi.

B. quod habuit hac fecit. i. hec mulier fecit
quod potuit. Pquerunt ungere corpus meum. sb
quod postea facere non potuit. Insepulturam. i.
quod sepeliendus fieri solet

30. circa Petri negationem vide que longius +)
annotata sunt. lib. 3. cap. 36. s. 18

41. Dormite iam & requiescite. ironice dicit. Sufficit, quod hactenus dormistis

51. Adolescens autem quidam sequebatur
eum amictus sindone super nudo. quidam dicunt Sunc fuisse Jacobum fratrem domini: alij Joannem evangelistam, qui inter apostolos erat iuvenior. alij q; fuit Juvenis de illa domo in qua comederant pascha: aut alius qui ad strepitum sperge facto amictus sola sindone super nudo corpore exijt ut videret illius rei finem.

cap. 15

32. & qui cum eo erant crucefixi conuitiabant ei. pro alter conuitiabat: uel ambo conui
tiabant in principio.

39. Videns autem centurio q; sic clamans
expirasset. sb sic valde cum esset adeo attenu
atq; 40. erant autem mulieres inter quas ma
ria

ria Magdalene & Maria Iacobi minoris. est
cognomen. uel dicit ad distinctionem alterius
Iacobi, qui erat maior ętate in apostolatu. hicue
re minor. scripsit unam ex canonicis epistolis. et
Salome. hęc uxor Zebedei, nomen ęius id non
maria ut quibusdam placet. " "

43. Venit Ioseph ab Arimathea nobilis de
curio: i. senator.

cap. 16

2. Valde mane. sb surrexerunt, sed potius
nerunt ad monumentum ortu iam sole. unasab
bathorum. hebr. prima.

7. dicite discipulis ęius & Petro. exprimit an
gelus specialiter Petrum. ut ipse mos est. iamęs
pretium ob negationes. circa apparitiones autem
christi dominj post resurrectionem. uide, quę annō
tata sunt. lib. 3. cap. 36. §. 22

19. & dominus quidem Iesus postq̄ locutus
est eis assumptus est in coelum, non aliena sed
propria uirtute. illi autem profecti prędicauerūt
ubiq̄. i. ubicunq̄ opportunum erat. domino co
perante, & sermonem confirmante sequentibq̄
signis. gręce per subsequentia signa. et gręce addi
amen. Syriace autem annunciatum fuisse id euan
gelium a Marco Romę Romane. i. latino sermone

In

~ In euangelium secundúm Lucam

~~S. LVCAM EVAN~~
~~gelistam~~ -

" "

Lucas fuit patria Antiochenus, arte medicus
Pauli discipulus, et secundum quosdam ex 72
discipulis Christi domini, martyrem fuisse scrib
unt multi. C. 1

5. Fuit in diebus Herodis Regis Iudgea sa
cerdos quidam. Suius Herodis regni legitimi an
no primo (quo sb consenserant iudgi ut superipsi
regnaret) natus est christus dominus, antea enim ipsi
inuitis regnauerat. De ipsis autem eius iam diximus + 1
Supra. De Vice Abia. vide. 1. paral. 24. ubi sa
cerdotum familia 24 sunt instituta a dauid sorte, ele
cta, quae, qua hebdomada seruire deberet, obtigit
autem familiae Abia locus octauus. et uxor illius
de filiabus Aaron. i. de numero filiarum. q. d
ex progenie. uel orta ex filiabus. i. nepte aliqua.
22. et permansit mutus. sb Zacharias et ex
consequenti surdus.
23. et ut impleti sunt dies officij abijt in domū
suam. sb prope templum in alteru, qr ibi in domun
cubis habitabant sacerdotes.

Lib. 3. cap 38 §. B.

39

39 exurgens autem Maria in diebus illis abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda. ista ciuitas non uidet fuisse ierusalem qz nominasset eam euangelista

43. et unde hoc mihi ut ueniat mater dñi mei ad me. ubi nota simul in Virgine fuisse conceptum foetum. animatum, et Verbo unitum factamq; dei matrem. ea autem, quę scimus elizabeth circa hoc fuerunt ex reuelatione spiritus sancti.

76. Pręibis enim ante faciem domini parare uias eius. i. ad parandum.

79. illuminare his, qui in tenebris. i. ad illuminandum.

cap. 2

1. Factum est autem in diebus illis exijt edictum a cęsare Augusto. sb; imperij eius anno circiter. 42

3. et ibant ut profiterent singuli. sb; se Romanis esse subiectos.

7. et peperit filium suum primogenitum. et unigenitum. nam et unigenitus iuxta leges Romanorum gaudet iure primogenitura. »

15. Transeamus usq; Bethlehem, et uideamus hoc Verbum. i. sanctum hebraice »

43 Remansit puer Iesus in Ierusalem, et nõ cognouerunt parentes eius. grece et syriace Ioseph

et

et mater eius:

44 existimantes autem illum esse in co
mitatu. nota q; ut magis eligisse conuenirent
ad solemnitatem Paschæ viri seorsum. et mulieres
seorsum ibant. et reuertebant (sicut et in datione
Legis exod. 19 preceptum fuit q; continerent se ab u
xoribus suis per tres dies.) ac proinde tam Joseph
q; Maria potuerunt existimare puerum Iesum
cum altero ꝑemansisse, q; pueri indifferenter
in cõmitatu Virorum aut mulierum ibant, et re
uertebant.

51. erat subditus illis venit nazareth et des
cendit cum illis. q; galilea est in descensu respec
tu Judeæ et Ierusalem: vnde et supra dicit q; as
cendit Joseph a galilea.

52. et Iesus proficiebat sapientia, et eta
te, et gratia apud deum. et homines. i. magis
in dies sapientiam exercebat. etate grece ηλικία, elichia
quod certi potest statura. apud deum. i. probante
deo.

cap. 3.

1. Tretarcha autem galilee Herode. i. Prin
cipe, nam id etiam sonat. licet significet quartam
partem regentem. et lysania Abilinæ Tretarcha
runfuit iste ut illi alij duo (Sc. Herodes et Philip
pus) Herodis filius, regi ei successit. Abilina autem
Regio dicit esse apud Libanum.

7.

7. genimina vsperarum quis ostendit vobis
fugere a uentura ira. ostendit de preterito uel
ostendit pro ostendet. " "
B. potens est deus de lapidibus istis. sb mare
rialibus. uel de gentilibus istis. quorum corda sue
insensibilia suscitare semen sbrahe ~ " ~ " ~ " ~
16. ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni.
sb tribulatione uel purgatorij. uel igne charitatis
spiritus. et gratie. " "
23. Putabatur filius Joseph qui fuit Heli.
sb filius legalis. seu adoptiuus. nam Iacob erat eius
pater naturalis. ut dicit Matth. 1. Heli enim mortuo Iacob fratre suo ex parte matris. eius uxorem duxit
31. qui fuit nathan. qui fuit dauid. nathan sb
uel filius dauid ex Bersabee. 1. paral. 3. uel forte
nathan propheta. quem adoptauit dauid in filium
sibi et Bersabee. et sic rogo modo per sacerdotes pro
cedit lucas. qz in dauid ~~fuerunt multa~~ concurrit
utraq; dignitas. sb regia et sacerdotalis. et indefor
sam filij dauid dicunt sacerdotes. 2. reg. 8.
36. qui fuit Arphaxad qui fuit Cainan. id ex
septuaginta sumptum difficillimum est. qz gen. 11.
dicat q Arphaxad genuit sale exhebre. nec fit men
tio de Cainan. forte erat idem homo sub duplici no
mine. de quo habes plenius ~ alibi. lib. 3 cap. 28
§. 4

27. qui fuit Zorobabel, qui fuit Salatiel. aduer te q hi sunt diff ferentes ab illis quos recenset ma they. cap. 1.

cap. 4
1. agebat in spiritu. i. virtute spiritus sancti ~

3. dic lapidibus hui⁹ ut panis fiat. lapidi pro lapidibus

4. non in solo pane uiuet homo. sed in omni verbo dei. i. re dei iuxta matth. 4.

5. et duxit illum diabolus in montem excelsum. id factum secundo loco dicit matthe⁹.

9. et statuit eum super pinnam templi. i. super alam. seu extremitatem tecti. quod planum erat.

13. diabolus recessit ab illo usq; ad tempus sue passionis. quando excitauit contra eum principes et

22. et omnes testimonium illi dabant. i. ducebant scripturam illam in eo esse impletam. nonne hic est filius Joseph. homines patrie sue primo eum gratanter susceperunt, sed postea inuidia mobi despiciebant illum ob paupertatem parentum, quamuis esset nobilis (erant etenim) et ob id christus dominus non faciebat in patria sua tanta miracula sicut alibi, q̃ redditi sunt indigniis

26. medice cura te ipsum. i. in patria tua te mirabile ostende.

41. q̃ sciebant ipsum esse christum. inde ex positionem huius sexte marci. 1.

cap. 5.

1. et ipse stabat iuxta stagnum genesareth lacus magnus et super quem transit fluuius Jordanis

et

& q̃ ubi extenduntur aquæ uocat stagnum Lucæ 11
et mare iuxta morem scripturæ, quæ congrega
tionem aquarum uocat Maria uel paleogenes. t.

8. Procidit Petrus ad genua Jesu dicens exi
a me domine, quia homo peccator ego sum. t. bus
cede a me domine q̃ indignum se reputabat pre
sentia tantæ personæ.

9 Stupor enim circumdederat eum. t. magna
admiratio ex insolitis et mirisoperibus saluatoris

17. In una dierum ipse sedebat docens. mat
thæus dicit q̃ sedebat in ciuitate sua. Marcus hoc in
capharnaum fecisse testat. cum tamen ciuitas de
mini dicat Nazareth. sed Rr q̃ galilee dicit eum
tus Christ in qua erant Nazareth et capharnaum
uel etiam capharnaum dicit ciuitas ipsius, quam
etsi non nascendo Virtutibus tamen ibi operatis
suam fecerat. et distinguit patriam suam a ter
ra genasereth. que est contra galileam.

33 at illi dixerunt ad eum quare discipuli
Joannis ieiunant frequenter. matt. 9. c. dici
t Soe quæstionisse discipulos ipsos. sed utrique quæsie
runt.

36 nemo cõmissuram a nouo uestimento
immittit in uestimentum uetus. sb ablatum a no
uo uestimento. ubi nota q̃ apud probatissimos q̃
plr monachos statutum erat, ne ieiunarent a Pascha
te usq̃ ad ascensionem, propter apparitiones domini et

pre

pgsentiam ad discipulos illo medio tempore cum illis conuersantes, et per adductam similitudinem de vestimento, et utribus, significat q̃ doctrina noui testamenti non conueniebat actiue, nisi hominibus renouatis per gratiam spiritus sancti.

37. et nemo mittit Vinum nouum in ueteres. elt. q. d. sic imbuti legalibus observantijs no debent eas dimittere.

cap. 6

1. Factum est autem in sabbatho secundo primo. i. festo succedente ipsi sabbatho. uel sabbatho succedente alicui festo. (nam et festa alia a sabbatho, sabbatha dicebant, q̃ quiescebat in eis ab operibus seruilibus) Vide matth. 12. uel ultimo de aliquius fest. per septem dies durantis, eratenim primo par celebritate. Vide infra.

11. ipsi autem repleti sunt insipientia. i. demencia, et furia. Syriace inuidia.

15. Symonem qui uocat Zelotes. alias autem Chananeus, quod idem est hebraice.

16. et Iudam Iacobi. sb minoris fratrem Syriace Iacobi filium.

29 et qui te percutit in maxillam. pgbet illi et alteram. Hoc non intelligit semper. quantum ad effectum exteriorem, q̃ Christus dominus Ioan 18. in maxilla percussus non pgbuit alteram, immo cha

charitative, persecutionem correxit intelligitur
go quantum ad animi preparationem.
38 dabunt in sinum vestrum mensuram
bonam. sb quantum ad bona fortune. confertam,
quantum ad bona nature, coagitatam quantum
ad bona gratie. Super effluentem quantum ad
bona glorie. dabunt. i. dabit deus: vel dabitur vo
bis Sabere.

cap. 7.

3. Et cum audisset de Jesu (sb centurio)
misit ad eum seniores Judeorum. matth. 8. di
cit q, accessit ipse centurio: sed per alios etiam di
citur accedere. vel Primo misit et postea occur-
rit, sive accessit ad Jesum per seipsum petens.

9 nec in Israel tantam fidem inueni. vide
expositionem supra matth. 8.

19. et conuocauit duos de discipulis suis lo
annes et misit ad Jesum elt. vide matth. 11.

28. Dico enim vobis inter natos mulierum
maior propheta Joanne baptista nemo est. vide
supra matth. 11.

29. Et omnis populus audiens. i. simplices
et vulgares. Publicani. i. mundani et publicis
negociationibs occupati

42. quis ergo eum plus diligit. Socrt quis e-
um magis amabat ratione doni concessi 47

47 Remittunt ei peccata multa. q.
d. m. videbat q. deberet dici contrarium con-
formiter ad parabolam adductam, cuius ex mag
nitudine doni collati colligit magnitudo amoris
in donatario et sic videbat dicendum, q. dilexit
multum, q. remittunt ei peccata multa. sed Rn
q. in parabola fit sermo more humano, quo amor
causat ex dono; sed in applicatione parabolæ ad
propositum convertit se ad loquendum de amore
dei erga nos, qui non procedit ex bonis meritis nos
tris, sed magis causat bonum in nobis. et ideo conue
nienter concludit dicto modo.
vel dicendum q. q. dilexit multum remittuntur
ei peccata multa, non q. peccata quo ad culpam
non remittant ex mera liberalitate et gratia dei
sed q. quantum ad poenam, quæ remanet, actus di
lectionis ut informatus gratia, est in causa ut om
nino peccata deleant.
vel dic q. illud. quis eum plus diligit, refert ad
amorem, quem debitores habent ad condonantem
ante donum remissionis. vel ut alij subaudiendo
aliqua in hunc modum, si huic prius dimisissem
deberet me multum diligere iuxta tuam senten
am; nunc vero, cum tantum amorem ostendat an
te remissa (quod sciat) peccata sua, facere non pos
sum quin ei omnia prorsus remittam.

50. fides tua. (Sb̄ coniuncta amori) te sal
uam fecit

cap. 8

2 de qua septem dęmonia exierant. i. de
mones uel ultra. septem. i. multa.

16. nemo autem accendens lucernam. i. doc
trinam euangelicam operit eam elt.

17. non est enim occultum. quod non manifes
tet. Vnde matth. 10 dicit. quod in aure audi̇s
prędicate super tecta.

27. occurrit illi vir qui habebat dęmonium
et uestimento non induebat. qz dęmoniaci et am
entes multa sustinent, sicut Nabuchodonosor. Dan.

3. 31. et rogabant illum (Sb̄ dęmonia chri
stum dominum) ne imperaret illis ut in abyssum
irent. i. in infernum detruderent. sciebant enim
dęmones dicta prophetarum reuelentes, se aliquando
per Christum dominum in infernum demergendos.

32. et permisit illis (Sb̄ Christus dęmonibus
ingredi in gregem porcorum) qz nisi quis efficiatur
porci similis per peccatum non intrat in illum diabo
lus.

37. et Rogauerunt illum omnis regio gera
senorum ut discederet ab ips̄is. Sb̄ uel timentes ab
eo propter peccata quę cōmisserant, uel se indignos
tanto uiro reputantes. Ipse autem ascendens nauicu
lam

culam reuersus est . q̃ dominus non curabat no
lentes.

38. dimisit autem eum Jesus . q̃ discipulis chr
isti data est potestas faciendi miracula. infra. cap
9. et. 10. q̃ quasi iste faceret intereos (cum dominus
abe dęmonium ejecisset) possent malitiosi virtuti
dęmonis attribuere, quod Christus dominus exclu-
dere intendebat. et ex hoc consuetum est in eccle-
sia. vt dęmoniaci et furiosi curent, non tamen ad
beneficia ecclesiastica admittant

39 redi domum tuam. et narra quanta fe
cit tibi deus. Sunc przcipit przalijs narrare vt eti
am a dęmonum vexatis laudet salutis auctor. et
hoc nota, nam alijs in quibus miracula faciebat
tacere mandabat, vt patet in multis etiam in fine
Sicius capitis octavi.

cap. 9

3. nihil tuleritis neq; Virgam. marci. 6. pr
cipit vt nihil ferant nisi Virgam! Sed dicendum
q; Virga prohibet quatenus in prędicatoribꝰ per
eam significat solicitudo temporalis substantiæ
przcipit vero quatenus importat auctoritatem di
cendi, et exigendi necessaria ad victum.

27. Sunt dehic astantibus, qui non gusta
bunt mortem donec videant regnum dei. i. gl
riam transfigurationis. vel regnum. i. ecclesiæ
dei

dej dilatam antequam e uita istam migrent.

33. Et factum est cum discederent ab illo .i. discedere cepissent. ait ~~dixit~~ Petrus bonum est nos sic esse.

49. Prohibuimus quendam eiicientem demonia, qui non est nobiscum. sed te admodum discipuli sequens.

51. Factum est autem dum complerent dies assumptionis .i. passionis, qua assumendus erat et ipse faciem suam firmauit ut iret in Ierusalem .i. firmiter statuit.

52. et misit nuncios et intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum. grece Κώμην chomin .i. castellum, pagum, aut oppidum.

53. facies eius erat euntis in Ierusalem .i. ad adorandum in Ierusalem, quod Samaritanis displicebat contendentibus in monte suo garizim potius adorandum.

54. Iacobus et Ioannes dixerunt domine uis dicamus ut ignis descendat etc. forte illi duo fuerant missi.

59. ait autem ad alterum sequere me. forte ille prior non dixerat ueraciter, et ex intentione sequar te. ille autem dixit domine permitte mihi ire, et sepelire patrem meum .i. cum eo manere donec moriatur, et sepeliam eum.

60. Dixit ei Jesus sine ut mortui sepe
liant mortuos suos. i. vitam mortalem agen
tes.

62. nemo mittens manum suam ad ara
trum. i. ad melius institutum. et aspiciens retro
i. ad vitam ingeterem vitijs deditam.

cap. 10.

1. designauit dominus et alios septuagin
ta duos. grece et syriace septuaginta. sicut in
fra.

4. nolite portare sacculum. i. crumenam
Per viam. i. inter eundum. et neminem per
viam salutaueritis. non prohibet officia hu
manitatis, sed ne se patiantur impediri rebus no
necessarijs. vide. 4. reg. 4.

6. et si ibi fuerit filius pacis. i. pace dignus
alij minus litteraliter dicunt neminem per viam
salutaueritis. i. neminem quem diu in hac vita
est certum dicatis de salute vite eterne futu
ra, nisi sciat per revelationem diuina.

7. nolite transire de domo in domum. i.
vaga facilitate migrando; et amicitiam contra
tam dissoluendo.

21. confiteor tibi Pater domine. i. laudo. no
tam, qz abscondisti a sapientibus. et qz reuelasti ea
parvulis.

42. Porro unum est necessarium. i. rez
Diuinarum studium. Maria optimam partem
elegit. grece bonum.

cap. 11.

2 Et ait illis cum orates dicite elt. iamali
a uice docuerat eos orare in monte.

3. Panem nostrum. Syriace addit. quotidi
anum ΕΠΙΟΥΣΙΟΝ. sicut Matth. 6. epiusion

4. Et ne nos inducas in tentationem. i. ca
dere permittas.

10. omnis qui petit accipit. Sic si petit ut
debet.

18. Si autem et Sathanas diuisus est quo
modo stabit regnum eius. quod sic uis perpe
tuum fore affirmatis. uel quod tam pere ipse
studet conseruare.

19. Si autem ego in Beelzebub. e. d. Sic ij ve
stri. Sic Apostoli, quos non sic dehonestatis) in
quo eiciunt. ipsi Iudices Vestri erunt. i. uos
condemnabunt.

20. Porro si in digito dei. i. in virtute, uel
Spiritu sancto.

26. Tunc uadit et assumit septem alios spi
ritus. i. multos. Et fiunt nouissima peiora pri
oribus. subintellige similiter accidisse Iudeis

28. quin immo beati. i. etiam illi beati.

40

40. Nonne qui fecit quod deforis et
sb deus. etiam id quod de intus est fecit. 9.d
quare de mundatione interna non curatis.

47. ue uobis qui ædificatis monumenta pro
phetarum. i. exterius specie pietatis, animis ta
men non dissimili parentum vestrorum.

51. a sanguine Abelinsti usq; ad sangui
nem Zacharie. non qui fuit unus ex duodecim
prophetis: neq; Pater Joannis ut dicit Hieronimꝰ
matth. 23 in homilia. sed Zachariæ filij Bara
chiæ i benedicti dormiri, seu Ioiadæ occisi a Joas
Rege israel, ut regum tradit historia. et 2 par.
24. cap. 12.

6. nonne quinq; passeres veneunt dipô
dio. i duobus assib9

10. et omnis qui dicit verbum in filium
hominis. i. contra filium hominis ex passione aut
ignorantia, et contra humanitatem. ei autem
qui in spiritum sanctum. i. contra diuinitatem
et uirtutem christi, seu ex malitia. non re
mittet: difficultatem insinuat remissionis.

29. et uos quid manducetis nolite quæ
rere sb nimia solicitudine.

36 Similes expectantib9 dominum suum q

quando reuertat a nuptijs .i. nuptali con
uiuio . q.d . sicut antiqui patres erant in mag
na expectatione Christi uenturi in carnem. sic
et uos uenturi in iudicium .

42 Dixit autem dominus quis putas fide
lis dispensator . q.d . omnibus conuenit vigi-
lare, sed maxime prelatis .

49 Ignem uenimittere . i . charitatem dei
et proximi .

50 baptismo autem habeo baptizari . sb ef
fusione sanguinis mei .

51 Putatis q pacem ueni dare in terram .
sb inquinatam . deordinatam . aut simulatã
q.d . minime . vide matth . 10 .

54 Dicebat autem et ad turbas cum vide
ritis nubem orientem ab occasu etc . proponit
attrahentia ad fidem . sb q ex oraculis prophe
tarum legis periti poterant aduentum Christi
domini colligere . Statim dicitis Venit nimbo
idest . Pluuia aut imber etc q colligebant ex
aeris dispositione

56 hoc autem tempus . (sb aduentus Chri
ti) quomodo non probatis .

58 cum autem uadis cum aduersario tu
o, ad principem . sb cum aduersario ate iniuste
gesso . Remouet enim dubium, et explicat quo-
modo

do malam pacem venit excludere, et debe
at fieri satisfactio. Matth. 5.

cap. 13.

1. aderant autem quidam nunciantes illi
de galileis. ut sb audirent, quod deus sendret
quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sa
crificijs eorum. i. eos dum sacrificarent iusteo
cdj. uel qz sacrificabant cuidam mago galileo
ab eo seducti, qui dicebat se esse filium dej, et de
monte gazirim in ~~montem~~ coelum ascensurum. et hoc
dicit Historia scholastica. uel qz solum deum ut
superiorem colebant non reco gnoscentes tanq
superiores Romanos. sequentes in hoc quendam
galileum, qui Judeos prohibebat profiteri subiectio
nem Romanis. act. 5.

^ coelum.

4. sicut illi decem et octo supra quos cecidit turris
syloe. qua sb dum ibi egdificant ab ea oppres
si sunt, q. d. nec tamen ob id (licet peccasse eos ad
mittat) sequit eorum peccatum fuisse grauius ps
aliorum, quos deus minus punit.

21. Mulier absc. in farinae satis tribus. vide
matth. 13.

28. cum uideritis Abraham etc. in Regno dej
sb in extremo iudicio per sententiam iudicis matt
25.

29. et uenient ab oriente, et ab occidente et
mer

mundi partibus conuertent gentiles ad fidem Chri
ti domini.

(quidam) 31. Pharisei dicentes illi exi (sb3 o Christe) hi-
nc; q3 Herodes uult te occidere. uder q3 nec do-
minus esset in terra Herodi subiecta: et q3 istifal
sum dixerint, q3 infra cap. 23. dicit q3 gauisus ē
Herodes ualde uiso Jesu.

32. dicite Vulpi illi (sb3 Herodi) ecce Ejcio
dęmonia hodie et cras. q3 Christus dominus duo
bus annis prędicauit ista beneficia conferendo: et in
tertio anno passus est. Vel hodie et cras. i. diebus
paucis.

35. non uidebitis me donec ueniat cum dice
tis benedictus qui uenit in nomine domini. sb3
in die palmarum. infra cap. 19.

cap. 14

18. Primus dixit ei Villam emi. excusatus
est superborum.

19. iuga boum emi quinq3 excusatus est cupi
dorum.

20. Vxorem duxi. excusatus est carnalium

21. Pauperes ac debiles. ęcos et claudos intro
duc huc. Sic ides dicit. q3 huiusmodi in populo
Judæos sequebant dominum, non potentes et
Pharisei.

23. exi in uias et sepes. sb3. ad gentes. et

com

compelle intrare. sb suauiter attrahendo per
prædicationem etc.

24. nemo uirorum illorum. qui uocati sũt
gustabit coenam meam. i. pauci ex Iudæis gus
tabunt comparatione ad alios facta: sicut cum pau
ci sunt in foro aut in ecclesia dicimus nullum
esse ibi.

26. si quis uenit ad me et non odit pat
rem suum etc. odium hic sumit large. q. d. quin̄
parui facit illa omnia propter regnum celorum.

cap. 15.

7. Dico uobis q; ita gaudium erit in coelo. sb
maius, sicut magis gaudet quis de recuperata sa
lute, q̄s de salute, quam nunq̄s amisit.

11. ait autem Homo quidam habuit duos fi
lios. i. deus humanatus populum Iudaicum pri
mogenitum exod 4. et adolescentiorem. sb gen
tilicum: uel duos filios sb Iustos, et peccatores

16. et cupiebat implere uentrem suum de
siliquis. (uoce forte Arabica) Hispane algarrobas
o bellotas.

17. quanti mercenarij in domo patris mei
abundant panibus. sb sacræ scripturæ et eccles
22. cito proferte stolam primam. i. proferendi
et restituendam innocentiam annunciate. date

an

annulum in manu eius. i. fidem per charitatem operantem. calceamenta. i. exempla sanctorum, qui precesserunt.

23. vitulum saginatum. i. sacramentum eucharistiae in quo immolat Christus dominus gratia pinguis

25. erat autem filius eius senior in agro. sed iudaicus populus in cultu ueri dei occupatus.

28. Indignatus est autem. quia Iudei etiam ad fidem conuersi admirati sunt, eo quod gentiles, quos prius despexerant quaererent eis in gratia act. 10 immo disceptabant cum Petro contra gentiles act. 11.

29. ecce tot annos seruio tibi, et nunquam mandatum tuum preterivi. quia semper aliqui de populo iudaico unum deum uenerati sunt. uel explica de Iusto, et peccatore: indignat autem i. admirat iustus de bonis a deo collatis illis qui ad ipsum conuertunt: uel peccatoribus, quibus res bene succedunt. Vnde dauid pene moti sunt pedes.

cap. 16

1. Homo quidam erat diues. i. deus humanatus. Qui habebat Villicum. i. hominem dispensatorem seu oeconomum, quales sunt diuites in hoc mundo ^

8. et laudauit dominus Villicum iniquitatis non quidem de fraude; sed de prudenti dispensatione

sup

^ 6. et. 7. cados grec. batos, syr metretas. coros; cori decima pars in liquidis est batus: in arid= is ephi →

Supposita fraude comissa.

10. qui fidelis est in minimo. i. in dyspensatione bonorum temporalium. In maiori fidelis est. i. in bonis spiritualibus.

16. lex et prophete usque ad Ioannem. non quod lex et prophetia defecerint, sed quod ex tunc predicatio evangelicæ perfectionis propalari ceperit quæ ducit ad contemptum rerum temporalium et omnis in illud vim facit. quatenus ad dimittenda temporalia est necessaria animositas etiam christiana. vel omnis scilicet qui spiritualiter vult vivere vim facit carni et mundo domando ea ob regnum dei.

23. elevans oculos cum esset in tormentis vidit Abraham. scilicet revelatione. vel ut dicit magister in fine quarti sententiarum, quod ante iudicium et damnati videbunt sanctos in coelo, et econtra, post iudicium autem boni videbunt malos sine ulla compassione aut dolore ex eorum punitione mali autem non videbunt bonos.

24. mitte lazarum. irrationabiliter petiit ab illo succurri, cuius miccas negavit, sed sancti noverunt reddere bona pro malis.

28. habeo quinque fratres. non hoc ex charitate, sed ex timore servili petebat, ne scilicet ex eorum damnatione, et presentia maius ei tormentum accres

31 crescoret / 31. Si moysem et prophetas non
audiunt neq; si quis ex mortuis ett: Sed ex hac
experientia Joannis. 12. quando nec domino
nec lazaro suscitato crediderunt. " " "

cap. 17.

1. Impossibile ꝙt ue non ueniant scan
dala. non absolute. sed supposita hominum
malitia contingent salutis impedimenta.

20. Interrogatus autem a Phariseis reg
num dei quando uenit. i. ueniet per mexiam
randum. uel regnum. sb ipse mexias. Respō
dit eis et dixit non uenit regnum dei cum
observatione. sb temporis. g.d. secundus aduē
tus mexie non potest sciri.

21. neq; dicent. i. uere et certe dicere poterit
ecce hic aut ecce illic, ecce enim Regnum dei
intra uos est. g.d. quamuis regnum et Rex ipse
mexias intra uos est.

22. Venient dies quando desideretis uidere
unum diem filij Hominis. sb die iudicij. et
non uidebitis nisi post multas tribulationes; iusti
enim illum diem desiderabunt, quatenus in eo pre
miandi sint.

31. ne descendat tollere illa. i. non uacabit il
li pro angustia uasa tollere. uel iam non erit qui
tra de temporalibꝫ curet.

33. qui cunq; quęsierit animam suam sal
uam

uam facere. sb̄ in hoc mundo. Perdet eam. sb̄ in futuro. uel qui uere cupit eam saluam face re. Perdet eam. i. mortificabit illam.

34. unus assumet. sb̄ ad regnum glorie.

35 duas erunt molentes in unum una assumet ecc. etiam in uilissimo uite genere deus habet suos electos.

36. Respondentes dicunt illi ubi domine? i. quo assumet. Qui dixit illis ubicunq; fuerit corpus illuc congregabunt et aquile. q. d. sicut ad cadauer conuolant aquile, sic ad Christi dominium electi uolabunt.

cap. 18

1. Dicebat autem quoniam oportet semp orare. i. instantia operationis. temporibus ecclie sis adhec congruis. non enim ly semp importat incorruptam temporis continuitatem.

5. Vindicabo illam. ne in nouissimo ueniens. i. ne tandem. grece εἰς τέλος. in finem. sb̄ perpetuo. syr. omni tempore. Sugillet me. i. ne rum aspernando molestet.

17. ieiuno bis in sabbatho. i. in septimana sabbathum enim diem septimum. et quodlibet tum; et etiam septimanam. seu hebdomadam significat. sic dictam a die eius digniori.

cap. 19

3. ecce dimidium bonorum meorum domi

ne

ne do pauperibus. i. dare statuo non procras
tinans. et si quid aliquem defraudaui etc. ex
quo colligi uidet non omnia que habebat esse
male quesita. Reddo quadruplum. i. paratus
sum reddere.

9 eo q. ipse sit filius Abrahe. q. d. ex numero
electorum.

11. dixit parabolam eo q. esset prope Jerusalē
et q. existimarent etc. q. d. q. putabant dis-
cipuli, q. completa passione in Jerusalem. et re
surrectione mox regnum dei esset uenturum, h
anc ab eis ignorantiam excludit.

13. Vocatis autem decem seruis suis dedit
eis decem mnas. μνα. mina attica continet
dragmas centum. hebr. maneh. est autem he
braica multo maior q. attica. uide Ezech. 45.

14. ciues autem eius oderant eum. i. Iudei.
et miserunt legationem post illum. q. post
Christi ascensionem Iudei conati sunt destruere fi
dem ipsius.

15. et Factum est ut accepto regno rediret
scz ad generale iudicium.

38. Benedictus qui uenit Rex in nomine
domini Pax in coelo. i. cum deo. gloria in
excelsis. scz habitanti.

cap. 20

38 deus autem non est mortuorum etc. vide su
pra

pra Matth. 22. et Marc. 12. explicationes

cap. 21

Interrogauerūt autem illum dicentes preceptor quando hec erūt et usq multi ueniēt in nomine meo etc.

7. et. 8. uide Matth. 24 sententiam hanc, et expositionem.

11. Terroresq de coelo et signa magna erūt dicit Josephus lib. 7. de bello iudaico. cap. 17. q ante destructionem Jerusalem apparuit sup eam stella comata per annum integrum eius uasti: tatem significans.

12 Sed ante hec omnia in Jicient uobis manus suas. q Stephanus, Jacobus frater Joannis Petrus et Paulus. et fere omnes apostoli. et innumerabiles Christiani fuerunt pro fide Christi occisi.

13. continget autem uobis in testimoniū sl3 de me a uobis perhibendum.

14. non pmeditari quemadmodum respondeatis. i. uos defendatis.

18. capillus de capite vestro non peribit. Sic insinuat saluator ueritatem resurrectionis. uel capillus non peribit. i. nec tamen illa tormenta uobis nocebunt. uide similem phrasin. 1. reg 14. et 3. reg. 1.

cap. 22.

31. ait autem dominus Simoni. sl3 tanq capiti futuro.

32

32. ego autem Rogaui pro te ut non defici at fides tua. sb et successorum, que ex quo facti sunt Pontifices nunquam defecit. nec personaliter Petrus promissus est in casu durare. conuersus. sb a peccato negationis confirma fratres tuos

34. non cantabit hodie gallus donec abneges ter nosse me. Nota quod post binam negationem Petri gallus cantauit et Petrus non aduertit; sed post tertiam cum iterum gallus cantauit. prout dictum est marc: 14.

36. qui habet sacculum tollat similiter et peram. i. portet repositorium victualium: et quare non solum illud, sed et moderata defensio erat pro tunc illis licita addit et qui non habet sb vel gladium vel supradicta. emat. sb illa vel gladium. quia me vobiscum presente nihil defuit nec me vos mittente: sed cum e vita a vobis tollar ita erites, quasi quis cibum et defensionem sui egent inquirere. Sacculum. i. crumenam.

38. et illi dixerunt domine ecce duo gladij hic. sm Chrisostomum erant duo magni cultri ad scindendam carnem agni. at ille dixit eis Satis est. i. plus accipitis de vestra defensione quam par est et vobis concedo sufficit enim unus gladius ad ostendendam licentiam se defendendi, et audaciam Petri ad suum magistrum defendendum.

40. orate ne intretis in tentationem. quia oratio roborat mentem et coniungit deo.

cap.

5. cōmouit populum. syriac. conturbat Incipiens a galilea, usque huc. s. processisse nos sufficit.

34 Diuidentes Vestimenta. quia super ueste inconsutilem miserunt sortem

39. Vnus autem blasphemabat eum dicens etc. alij euangelistae dicunt quod ambo latrones improperabant ei: concordant tamen ut signa quibus in principio ambo improperabant, sed postmodum altero conuerso alter tantummodo improperabat domino.

43 Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. i. dei fruitione in limbo praesente anima Christi domini ibi, et laetificante patres antiquos. illuc enim descendit et anima boni latronis cum anima Christi domini.

51. ab Arimathea ciuitate Iudeae. ista est ciuitas quae uocabat Ramatha, de qua fuit Helcana pater Samuelis. ut habet. 1. reg. 1.

54 et dies erat parasceues. i. praeparatio- nis necessariorum ad Sabbathum, s. feria sexta sicut praecipit exod. 16. et Sabbathum illucesce- bat. quia festiuitas Sabbathi incipiebat a vesperis praecedentis diei.

56. et sabbatho quidem siluerunt. i. quie- uerunt ab opere parandi unguenta et aromata

se

Secundum mandatum legis. Sb exo. 20.

cap. 24

10. Maria Iacobi. sb mater. vide matt. 27

13. et ecce duo ex illis ibant ipsa die. sb resurrectionis. In castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem. decem et sex stadia faciunt unam leucam. quelibet stadia faciunt unum milliare. emaus. dicta postea nicopolis

18. & Respondens unus cui nomen Cleophas. alter secundum Ambrosium vocabat' Simeon. Tu solus peregrinus es in Ierusalem i. adés peregrinus.

43. & cum manducasset coram eis. iamnō necessitate, sed instructione ipsorum. cibus enim non conuertebat in substantiam corporis gloriosi, sed in preiacentem materiam.

53. et erant semper in templo. i. cōmuniter & frequenter.

In.

In Evangelium secundum Joannem.

Joannes filius Zebedei et Salome de qua matth
27. fere uixisse post Christi passionem 68. annos
secundum Hieronimum, quot annos uixerit in
certum est existimant autem aliqui usq; ad ce
tum annos protraxisse totius uitæ cursum. fuit
episcopus ephesi; scripsit euangelium precipue
contra ebionem et cherinthum Christi diuini
tatem negantes.

cap. 1.

1. In Principio erat Verbum. i. anteom
nia creata, uel in ipso principio creationis, uel in
principio. i. in patre. Verbum erat apud deum
immutet distincto personarum. non distincto uelu
a deo ideo addit. et deus erat Verbum. i. ver
bum erat deus

3. Et sine ipso factum est nihil. i. nihil ha
bet esse nisi ab ipso. uel quodquid est est a deo. uel
secundum Augustinum sine ipso factum é nihil. i.
peccatum, est enim priuatio, et nihil.

9. erat lux uera. sb verbum erat lux per es
sentiam.

10. Et mundus eum non cognouit. i. perca
tores qui erant in mundo sic enim mundus accipi
tur in malam partem. sumit etiam mundo pro mu
do

do Archetypo. s[cilicet] diuina essentia, et pro mundo metagrapho qui est uniuersitas creaturarum

11 In propria uenit. i. in mundum a se factum. uel in propria. i. in Judæam.

12. dedit eis potestatem filios dei fieri. s[cilicet] per regenerationem baptismi.

13. qui non ex sanguinibus. i. sanguine. græce habet sanguinibus. i. carnaliter. neque ex uoluntate carnis. i. carnali appetitu. sed ex deo nati sunt. s[cilicet] per gratiam.

14. et Verbum factum est ~~caro~~ chro. i. factum homo. gloriam quasi unigeniti a Patre. i. tanquam unigeniti. et omnimodam consubstantialitatem importat

ordinatur // numerum // ~~28. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem alij Bethabara~~.

16 et de Plenitudine eius nos omnes accepimus. et gratiam pro gratia. i. augmentum gratiæ dat ex condigno ad opus ex homine grato procedens, prima enim gratia dat omnino gratis uel gratiam pro gratia. i. legem nouam pro ueteri.

18. deum nemo uidit unquam. i. nullus homo uel q. d. nulla creatura deum comprehendit. nisi unigenitus. et[c]. et adeo excellens est ut Ioannes

n. 28. Sp. in Betha nia ... trans Ior danem. alij Bethabara.

^28. Hec in Bethania facta sunt trans Iordanem. alij Bethabara.

nes de seipso dicat ego tantum sum eius vox. ^
31. et ego nesciebam eum. sh̄ antebaptism
um, quantum ad determinatam personam. in
baptismo autem cognouit illum dupliciter. sh̄
per internam revelationem; et tunc dixit illi
Joannes ego a te debeo baptizari: et etiam cog
novit illum ex descensu columbe.
40 erat autem Andreas frater symonis
petri unus ex duobus qui audierant a Joanne
probabiliter credit q̄ Joannes evangelista esset
alter, et seipsum tacuit, ne se laudare videret
sicut et infra. cap. ultimo de seipso loquens ait
Hic est discipulus ille. q. t. p. d. h. ett.
42. Tu es Symon filius Ioanna, vel Iona
sic dicit matth. 16. Bariona. vel dicendus
q̄ pater Petri erat binominus.
48. dixit Jesus sub ficu vidite. i. cognovi
propositum interium cordis tui. vel ad literam
sub ficu vidite, q̄ Philippus et Nathanael de
Christo sub ficu fuerant locuti ad tantam distan
tiam q̄ neq̄ alius, neq̄ Christus dominus oculis co
poreis eos videre potuisset.
50. credis q̄ dixi tibi vidite sub ficu. i. cre-
dis me esse Christum quantum ad excellentiam
gratie. maius ista videbis. sh̄ cognoscendo ut
tutem divine substantie.

51.

51. Amen amen dico tibi uidebitis coelum
apertum. amen duplicatum maximam certi
tudinem denotat. q.d uere uere. uel ad con
firmationem. uel ad faciendum superlatiuus
quo carent hebrei. q.d. uerissime. quando au
tem id uiderint non est scriptum, sensus tamen
est uidebitis et insuper angelos de coelo descende
tes ei q ipso iubente reuertentes. Potest autem
dici q uiderint act. 1. in ascensione, et in resur
rectione supra sepulchrum. et etiam in passione
Luc. 22. apparuit angelus de coelo confortans eum

& angelos
dei ascendê
tes et descen
dentes supra
filium hominis.

cap. 2.

1. et die tertia. sic q abaduentu Christi &
mini in galilea: uel a uocatione Philippi et
nathanaelis fratris eius. Nuptiae factae sunt
in Chana. cõmuniter dicit q istae nuptiae fue
runt Joannis euangelistae, a quibus eum dominus
uocauit ante consummationem matrimonij per car
nalem copulam. et ex hoc seruat in ecclesia. q
ante carnalem copulam possint coniuges ad religio
nem transire

4. quid mihi et tibi est mulier. hebr. omitte
me. unde 2. reg. 16. et 4 reg. 9. et Matt. 8. uel
quid mihi et tibi. i. non tangit nos, nec pertinet
ad nostrum defectus uini. uel q.d. tempus faciendi mira
cula, non est tibi mecum cõmune.

6 Hydriae secundum purificationem Judaeorum

qua

qua sbi lauabant se sepiissime ut dicit matth

7. Metretas. i. cados.

8 Architiclino. i. mensæ præfecto.

11. Hoc fecit initium signorum Iesus. i. primum Christi miraculum.

15. et cum fecisset ~~quasi funiculum de flagellis~~ quasi flagellum de funiculis. forte ementium, et uendentium.

cap. 3.

8. Spiritus ubi uult spirat. Chrisostomus explicat hoc de uento. cuius et origo, et terminus ignorat. et tunc illud vult sumit pro natura li propensione. uel exponit et communius cum d. Augustino. de spiritu sancto, cuius assistentia, vox et effectus ignorantur.

13. et nemo ascendit in coelum. n. q. d. d. c. sbi propria uirtute. uel nemo ascendit nisi quatenus membrum incorporatum Christo. qui descendit humanitatem assumens, nec patris linquens dexteram; unde addit, qui est in coelo

17. non enim missit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum. sbi in primo aduentu, in quo uenit iudicari.

18. qui credit in eum non iudicat. i. ut sic non habet causam unde damnet, qui autem non

cre

credit iam iudicatus est. i. uesic habet pro damnato.

19. Hoc est autem iudicium, q̃ lux uenit in mundum. i. Christus.

22. Postea uenit Jesus in Judeam. et bap tizabat. sb̃ per discipulos. unde infra cap. 4

23. erat autem Joannes baptizans in Aenon. sb̃ ciuitate Salim. quæ est Salem ciuitas olim Sichimorum. non est enim quæ et Jerusalem.

25. facta est autem quæstio ex discipulis Joannis cum Judæis de purificatione. i. baptismo Christi sb̃ et Joannis inter alterum excederet.

27. Respondit Joannes non potest homo accipere quicq̃ nisi fuerit ei datum de cœlo q.d. ego debeo soli terræa contentus esse, et mihi sufficit.

29. qui habet sponsam. sb̃ ecclesiam sponsa est. sb̃ Christus.

32. et quod audit et audiuit. sb̃ a patre Hoc testatur.

cap. 4

7. Venit mulier de Samaria. sb̃ gentis

20. Patres nostri in monte hoc adorauerũt. i. antiqui Judæi, quos patres uocat, q̃ abillis acceperunt Samaritani Pentatheuchum; et magna ex

par

parte erant Iudæi.

21. Dicit ei Iesus venit hora quando neque in monte hoc etc. sed tempus publicationis evangelij. uel venit tempus .i. in proximo est.

25. dicit ei mulier scio quod messias uenit .i. in proximo est ut ueniat. hoc autem sciebant Samaritani uidentes regnare Herodem et habentes notitiam loci gen. 49. non auferetur sceptrum de Iuda etc.

35. uidete regiones quia iam albæ sunt ad messem .i. regiones Samaritanorum quæ iam sunt dispositæ ad spiritualem conuersionem.

36. et qui metit mercedem accipit. sed prædicatione homines adducens ad fidem; quod uos facturi estis.

38. Alij laborauerunt sed prophetæ et patriarchæ. denunciando aduentum Christi; et arguendo infidelitatem populi: et uos in labores eorum introistis.

43 exijt inde post dies duos et abijt in galilæam. sed relicta nazareth

44. ipse enim Iesus testimonium perhibuit .i. quamuis ipse Iesus testimonium perhibuerit

48. nisi signa et prodigia uideritis non creditis. hoc ideo dicit, quia ut ait gregor. hom. 28 in euan

uangelia lucet iste crediderit ante signum, pz
sentiam tamen domini adhuc poscebat.

cap. 5.

2. est autem Jerosolymis probatica piscina
probatica a'. probathon. quod gre est ouis. et
Bethsaida hebraice domus. sb3 ouium.

4 angelus autem domini descendebat se
cundum tempus. i. certo quodam tempore ho
minib3 tamen ignoto interpellatione facta.

14. iam noli peccare ne deterius tibi aliq̃d
contingat. sb3. poena ęterna puniaris ut solent
recidiuantes.

18. quærebant Judæi eum interficere qz nõ
solum soluebat sabbathum. sb3 ut ipsi ingratissi
me calumniabant

20. Pater enim diligit filium, et omnia de
monstrat ei, quæ ipse facit. et maiorahis de
monstrabit ei opera. sb3. admirationem mora
tum spiritualiter. Vt nos miremur.

22. Neq; enim pater iudicat quenq̃. sb3 Jes
sum a filio, cum sit eorum unica operatio.

24. qui verbum meum audit in iudicium
non uenit. sb3 condemnationis

25. Venit hora et nunc est quando mortui au
dient filij dei uocem. sb3 mortui peccatis, et infi de
litate, qui pacto dicit Matth. 8. sine mortuos sepeli
re

ze mortuos suos.

27. et potestatem etiam dedit ei iudicium facere, qz filius hominis est. sb nisibilis bonis et malis.

28. no liter mirari hoc, qz uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius. q.d. maius faciet Christus in finem uim di cuius humanitas, quae est instrumentum uerbi habit uocem ad resurrectionem uniuersalem in iudicio.

30. non possum ego a meipso facere quidq̃ .i. declinando a patre.

31. Si ego testimonium perhibeo de meipso testimonium meum non est uerum. sb in ueritate reputatione, quamuis in se certissimum sit.

32. alius est. qui testimonium perhibet de me sb pater, uel Ioannes.

37. neq; uocem eius (sb patris) unqz audistis, sb sonantem in baptismo, et in transfiguratione. neq; speciem eius uidistis. sb claram.

38. et uerbum eius non habetis in uobis. i. interna inspiratione.

43. Si alius uenerit in nomine suo. (sb Antichristus) illum accipietis.

cap. 6

21 Voluerunt ergo eum accipere in nauim

& statim nauis fuit ad terram in quam ibant. sc̄z capharnaum. statim ut eum in nauī acceperunt. & sic apparet ubi triplex miraculū primo q̄ sup aquas ambulauit. secundo q̄ tempestatem sedauit: 3°. q̄ in brevissimo tempore peruenerunt ad portum, a quo multum distabant.

22. turba que stabat trans mare altera die. i. sequenti die etc.

27. Hunc enim signauit deus pater. i. ad hoc deputauit filium suum in mundum, ut cibum spiritualem doctrine ministret.

30. quod ergo tu facis signum ut videamus? q.d. moyses dedit nobis panem de celo, tu vero das panem ordeaceum.

31. sicut scriptum est panem de celo dedit eis manducare. sc̄z de celo sydereo, vel empyreo.

38. descendi de celo non ut faciam voluntatem meam. q.d. secundum cōmunem modum loquendi, veni ut in nullo discordem a voluntate patris mei.

53. amen amen dico vobis nisi manducaveritis carnem filij hominis. et. b. e. s. n. h. v. in vobis. q̄ cibus est necessarius ad vitam sustentan

tandam tam corporaliter, quam spiritualiter. ~~[illegible]~~ q.d. non uiuetis spirituali uita in baptismo accepta.

62. Si ergo uideritis filium hominis ascendentem? q.d. quid dicetis cum uideritis filium hominis ascendentem? uel q.d. num et tunc increduli eritis?

66. ex hoc multi discipulorum eius abierunt scilicet propterea, quod audierant se carnem Christi debere manducare putantes id dicere dominum de carne sua in propria et uisibili specie.

cap. 7.

2. erat autem in proximo dies festus Iudeorum scenopegia i. tabernaculorum festum: dicitur autem a scenos, quod est umbraculum, et phagin comedere. quia septem diebus comedebant iudei sub umbraculis.

3. et 5. dixerunt autem ad eum fratres eius i. cognati, non fratres germani ut mentitus est Heluidius. unde matth. 1.

6. Tempus meum nondum aduenit. scilicet manifestandi gloriam meam, maxime in resurrectione. Tempus autem uestrum semper est paratum. scilicet ad manifestandam gloriam mundanam quam ex factis meis o consanguinei queritis. uel ego nequeo secure ire ob capitales inimicitias. ues

trum

trum autem tempus semper est paratum. i. uo
bis illuc secure ire licet.

7. non potest mundus odisse uos. sh̄ gnate
mus mundo deseruientes mundanam gloriam
quęrentis

8. uos ascendite ad diem festum hunc qz
tempus meum nondum est impletum. Sc̄ dicitur quiedq̄
magis uacabant deustioni in fine festiuum, qz in
principio. ~~célebrabatur~~. uel impletum sh̄ ad pati
endum.

10. Fratres. i. ꝯgnati ad apostolatum uocati-

13. nemo tamen palam ꝯquebat de illo
.i. libere defendendo.

14. iam autem ascendit Jesus ad templuꝫ
die festi mediante. i. quarto die festiuitatis, quę
durabat per octo dies.

16. mea doctrina non est mea. sh̄ per exerci
cium acquisitionis humanę. uel non est mea qz
ut dicit Augustinus erat uerum quod Christus erat e
rat patris nedum doctrina sua.

21. unum opus feci & omnes miramini. sh̄ uobis natum.
sanando hominem in sabbatho.

22. moyses dedit uobis circumcisionem. nō
qz ex moyse est, sed ex patribus. qz circumcisio
data est a tempore Abrahę, ut patet genes. 17. et in
sabbatho circumciditis hominem. qz circumcisio

in

indyspensabiliter fiebat octavo die nativitatis"
pueri etiamsi esset Sabbathum. et ex hoc arguit
dominus. " "

27 Christus autem cum venerit nemo scit
vnde sit. qz ut dicit isai. 54. generationem eis
quis enarrabit? et isai. 45. tu es deus absconditus

28. et me scitis. sz quantum ad humanitatē
parentes carnales, et patriam. sed addit quantū
ad diuinitatem a meipso non ueni.

33. ad huc modicum tempus uobiscum sum
sz manebo inter uos, et per mortem uadam ad
patrem meum.

34. quaeretis me. sz post ascensionem. et nō
inuenietis. sz presentia corporali. uel quaeretis
cum destruemini a Romanis frustra a me auxi
lium implorando.

39. nondum enim erat spiritus datus qz
nondum Jesus erat glorificatus. sz per resurrē
tionem, et ascensionem.

cap. 8

6. Jesus autem inclinans se deorsum digito
scribebat in terra. sz eorum peccata ut putat.

14 et si ego testimonium perhibeo de meip
so testimonium meum verum est. sz in se ipso
qz uis uos euertere nitamini: et in vestra reputatione
verum non sit. ut supra. cap. 5. numꝰ. 31.

15. ego non iudico quenq̃. supra cap. 5. m
medo dicit q̃ pater non iudicat quenq̃. sedom
ne iudicium dedit filio. intelligit tamen dominus hic
ita q̃ Christus non iudicat secundum exteriora rg
na, sicut illi faciebant, sed secundum cor. 1. reg. 16.
uel. q̃ non iudicat quenq̃ donec in secundo adven
tu manifestet mundo

19. neq̃ me scitis. sc̃z secundum deitatem. Si
me sciretis forsitan et patrem meum sciretis. 1.
utiq̃ ipsum cognosceretis.

20. Hec verba locutus est Jesus in gazophi
lacio. i. propegazophilacium. nemo eum appq̃
hendit, q̃ nondum uenerat hora eius. i. sue pas
sionis prędestinata.

21. ego uado. i. ad patrem uadam per mortem
et quęretis me. sc̃z ad interficiendum. uel postea
persequendo me in membris meis. quo ego uado. sc̃z
ad gloriam patris mei. uos nunq̃ potestis uenire. sc̃z
ad tantam gloriam. uel ut nunc estis dispositi ad gl
riam celestem minime peruenietis.

23. ego deorsum de hoc mundo. q̃ secundum
q̃ deus precedit mundum. et secundum q̃ homo mun
danas imperfectiones respuebat.

26. multa habeo de uobis loqui et iudicare. i.
multa possem loqui, et iudicare.

28. cum exaltaueritis filium hominis. sc̃z in
cruce

cruce. Tunc cognoscetis qz ego sum. sh deus
et ita multi conuersi sunt. Et centurio clamat ve
re filius dei erat iste.

33. semen Abrahe sumus. nemini seruiuimus
imo erant subiecti seruitute temporali. ut patet
supra. et Christus uoluit pro se soluere tributum
matth. 17. sed tamen non multe os redarguere de
seruitute temporali. sed de spirituali peccati.

41. nos fac[illegible] opera patris vestri. sh diaboli
ut patet ex litera sequenti. nos ex fornicatio
ne non sumus nati. i. ex idolatria.

44 ille homicida erat ab initio. sh primum
hominem inducendo ad malum.

cap. 9

3. neq; hic peccauit neq; parentes eius. q. d
non ex peccato proprio aut parentum illi contigit hec
egritas.

4. me oportet operari donec dies est. i. donec ssl
humanitatis mee durat super terram.

6. uade. sh ut mundaret ab omnib; per ciuitate
et ob mysterium. Lauat in natatoria siloe. i. ob-
uti mihi in mundum.

34 In peccatis tu[illegible] natus es et tu docesnos. et
eiecerunt eum foras. i. a societate aliorum hominū
quasi excōmunicauerunt.

39. et dixit ei Jesus in Judicium ego in hunc
mundum uenj. sh in iudicium discretionis credenti
um

hium a non credentibꝫ in primo aduentu, nam in //
secundo iudicabit ett

41. dixit eis Jesus si cęciessetis non haberetis
peccatum. contra hoc uidet esse, quod dicitur in
fra cap. 12. f. concorda tamen si cęciesseris. i.
non haberetis notitiam scripturarum. uel si cęcies
seris. i. non uideretis opera quę facio. infra autem
cap. 12. dicunt cęci. i. excęcati malitia cordis.

cap. 10.

16. alias oues habeo, quę non sunt ex hoc
ouili: sc̃z de synagoga Iudęorum, sed de populo
gentili.

18. Pono animam meam ut iterum sum-
am eam, & nemo tollit eam á me. i. nemo sine ego
resistente eam tolleret, siquidem uno uerbo poss-
em occissores prosternere.

22. facta sunt autem encęnia in Jerosoly
mis. i. festum dedicationis templi, encęnia ete
nim idem est, quod innouationes, ab eo quod est
in. et scenos. nouum.

30. ego & pater unum sumus. unum essentię
congruit, sumus personis accẽnsdat, ut dicit d. Aug.ns

34. nonne scriptum est in lege uestra (sc̃z psal
81) ego dixi dijestis. i. Judices et prophetę. uel dij
per participationem.

41. quia Joannes signum fecit nullum. gr. sc̃z si
gna

gna seruabant Christo tanq̃ principali operatori

cap. 11

.1. erat languens Lazarus ^ de castello marie et martha. 1. quae erat castellum uel oppidū // a Bethan a.

4. audiens autem Iesus dixit eis. sh̄ responde do per nuncium.

18. erat autem Bethania iuxta Ierusalem quasi stadijs quindecim. octo stadia faciunt unū milliare.

25. ego sum resurrectio sh̄ causaliter.

33. Iesus ergo infremuit spiritu. sh̄ contrahe monem, et peccatum, quę fuerunt causa mortis. turbauit semetipsum. non turbatione antecedente, sed subsequente rectum iudicium rationis

44. et statim prodijt ligatus institis. 1. fasciis funeris

48. si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. sh̄ tanq̃ in Christum dominum cui debet regimen, et regnum, quod ipsi de regno temporali accipientes timebant Romanos super se regnantes. et tollent locum nostrum. sh̄ ciuitatem et templum. et gentem. sh̄ capiendo.

50. expedit uobis ut unus moriat homo. 1. unus homo. uel unus moriat in quantum homo.

52. ut filios dei congregaret in unum, qui erant dispersi. filios dei non tunc aliter ex gratia sed

apti

32 aptitudine et ex gterna prędestinatione. dispersos prędicare per uarios ritus gentilium.

54. Jesus ergo abijt in Regionem iuxta desertum in ciuitatem. quę uocat ephrem. dicta etiã secundum quosdam ephron iuxta Iordanem.

55. proximum autem erat Pascha, et ascenderunt multi ut sanctificarent seipsos. i. prędicarent, gręce purificarent.

cap. 12

6. non qr de ęgenis pertinebat ad eum. i. de ęgenis iudęis minime curabat Sed habens in quibus abscondebat, quę Christo offerebant ad necessitates suorum discipulorum. quę tamen ille Iudas ad alios usus reseruabat.

7. Sine illam ut in diem sepulturę meę seruet illud. i. ut sic ungendo prędicet tempus sepulturę. in quo id facere ei non ita facile licebit. uel ut seruet quod illi superest ad sepulturam.

16. Hęc non agnouerunt discipuli eius primum. sed quando glorificatus est Iesus. sc. in corpore et anima post resurrectionem.

20. erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. qr multi ex gentilibus conuertebant ad ritum Iudęorum.

23. Iesus autem Respondit Venit hora ut clarificet filius hominis. sc. in morte ex signis tunc factis, et in resurrectione, et in gentilium conuersione

ne.) 24. nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit &c. q.d. Christus
riens in quantum homo meditum fidelium fructum
affert. "

27. nunc anima mea turbata est. et quid di
cam? q.d. orans secundum appetitum sensitiuū
exhac hora aqua in stat passio mea. Pater clarifica
me.

28. clarificaui. sc̄z in vita per miracula. et
iterum clarificabo. sc̄z in passione per signa diuini
tatis ostensa.

31. Nunc iudicium est mundi. sc̄z in passi
one dominj fuit iudicium discretionis fidelium ab
infidelibꝫ: in fine uero mundi erit iudicium conde
mnationis. nunc Princeps huius mundi ejci
et foras. i. diabolus qui peccatoribꝫ et mundanali
bus dominat, non habeat mundi dominium aut
principatum.

40. excecauit oculos eorum. et induravit
cor eorum. sc̄z subtrahendo lumen gratiæ quæ
mollit.

41. Hæc dixit Isaias quando vidit glori
am eius. sc̄z post verba capitis sexti. vidi dominum
sedentem super solium excelsum, ubi loquit de glo
ria, et exaltatione Christi domini.

44. qui credit in me non credit in me, sed in
eum qui misit me. i. sed etiam in eum qui misit
me; quia est fides patris et filij. 45.

45 et qui videt me videt eum qui misit me
quia scilicet pater et filius sunt unum in substantia.
47. non enim veni ut iudicem mundum, scilicet
in primo aduentu.

cap. 13.

.1. Ante diem festum Paschae. scilicet decima
quarta luna ad vesperam Paschae autem festus
erat. 15. lunae, ad quam tamen [redacted] pertinebat ves
pera diei praecedentis. et ideo alij euangelistae vocant pri
mum diem azimorum. Sciens Jesus quia venit ho
ra eius. non quidem fatalis. sed a patre praeordina
ta.
2. coena facta. non quidem totaliter, sed in
cepta vel coena facta scilicet coena legali agni.
4 Surgit a coena. secundum dicta expone scilicet
a coena incepta. vel a coena legali finita.
6. Venit ergo ad Symonem Petrum. scilicet vel
ultimo loco (ut dicit origenes) post alios discipulos
incipiens primo a minoribus. vel primo venit ad
Petrum, qui admirans ait domine tu mihi lauas
pedes etc.
10. qui lotus est non indiget nisi ut pedes la
uet. quia etiam illi, qui toto tempore loti sunt, pedes
de facili immunditiam et pulverem contrahunt
vel qui lotus. scilicet ut vos per baptismum meum.
12. Postquam ergo lauit pedes eorum. i. affectiones
leues, quae etiam in iustis manent.
14. et vos debetis alter alterius lauare pedes
.i. -

1. exhibere humanitatis. et humilitatis offi-
cia.

17. si feceritis ea beati eritis. i. sanefacien
do non alias.

21. cum Hæc dixisset Jesus (sb̄ quimarduc
cat mecum panem levabit contra me calcaneum
suum (alt) Turbatus est spiritu. sb̄ ex horror
passionis. et proditore Juda, non turbatus rec̄o
traria rationi, sed ei conformi. et ex parte appeti
tus, et parte sensitiua

26. ille est cui ego intinctum panem porre
xero. sb̄ opinatur, vel buccellam panis intinctā
quam Judas tingebat, seu occultebat proditio
nem sub dulcedine Apostolatꝰ: neq; illa fuit cō
munio eucharistiæ, antea enim illum c̄munica
verat in pane non intincto. et ideo statutum est
de consecratione. d. 2. ut fidelibꝰ promiscue in cō
munione non det panis intinctus seu corpus Chri
sti intinctum.

31. cum ergo exijsset (sb̄ Judas a cœna apostō
lorum finita cœna) dixit Jesus nunc clarificatꝰ
est filius hominis. i. paulo post, vel iam nunc in
ejus clarificari.

38. amen amen dico tibi non cantabit gal
lus. vide supra matth. 26. luc. 22. marc. 14.
et lib. 3. cap. 36. §. 18 / cap. 14

2. In domo patris mei mansiones multæ sūt
si quo minus dixissem vobis. i. si aliter esset. vel
in

In illa excelsa beatitudine esset aliquid defectuosū
uel minus abundans. " " "

3. Iterum ueniam & accipiam uos ad meip
sum. ex hoc bo colligebant quidam hȝ rethici q
ante aduentum domini ad iudicium animae iust
rum non fruunt ȝterna beatitudine. Sed hoc est con
tra Paulum ad Philip. 1. cupio dissolui et esse cum
Christo. et. 2 cor. 5. scimus quoniam si terrestris
domus &c. sensus ergo est iterum ueniam ad iu-
dicium finale in forma humana, et presentia corp
ralȝ, & assumam uos ad me shȝ quantum ad cor
pora, et quantum ad animas. Veniebam Christȝ
quotidie ad ecclesiam ad accipiendas animas ad
gloriam, sed non ita corporali presentia.

4. quo ego uado scitis shȝ ad patrem ȝ ego dixi
dixi uobis.

7. et a modo cognoscetis eum. (shȝ patrem)
ȝ a tempore passionis plenius exposuit illis scrip
turas ut habet luc. ultimo. et uidistis eum. shȝ
per fidem, uel quatenus meruistis in quo ipse est

12. qui credit in me, opera quae ego facio ipse
faciet. & maiora horum faciet. shȝ mundi conuer
sionem. uel quaedam miracula maiora quibusdam
miraculis Christi. quia ego ad patrem uado. ȝ. d
inde mittam uobis affluenter spiritum. et faciam ȝ
uos mirabilia.

13. et quodcunȝ petieritis in nomine meo hoc
faciam. shȝ in nomine Saluatoris, et ex consequen
ti.

bi, quod ad salutem animæ pertineat.

16. ego rogabo patrem, & alium paraclytū dabit uobis. sb spiritum sanctum, quem uocat alium demonstans eius personalem distinctionem a filio.

18. non relinquam uos orphanos veniam ad uos. sb post resurrectionem.

19. adhuc modicum et mundus me iam non uidet. i. post modicum tempus mundus me non uidebit. uos autem uidetis. i. uidebitis post resurrectionem. q̄ ego uiuo et uos uiuetis. q.d. iam noli timere mecum ut supra. c. 11. timebat Thomas

20. In illo die uos cognoscetis q̄ ego sum in patre. hoc ideo dicit q̄ post resurrectionem habiturus erat pleniorem notitiam de mysterio trinitatis et uos in me, et ego in uobis, non per unitatem essentiæ, sed per mutuam dilectionem.

cap. 15

1. ego sum uitis uera. i. perfecta diuinum fructum.

13. maiorem hac dilectionem nemo habet ut an. s. p. g. pro amicis suis. quatuor sunt ex charitate hoc ordine diligenda. sb deus, anima, proxima, anima proximi, corpus nostrum, et corpus proximi, maiorem ergo charitatem. sb ad proximum nemo habet q̄ etc.

15. omnia quæcunq; audiui a patre meo nota fecit

seu uobis. sḥ omnia quæ ad vestrum minus
rium perfecte explendum pertinent, et ad vestrâ
salutem sunt necessaria.

26. quem ego mittam uobis a patre spiritus
veritatis qui a patre procedit, et etam a filio
et ab utroq; mittit.

27. et uos ab initio mecum estis. non abini
tio uitæ Christi dumtaxat, sed ab initio suæ prædicatio
nis, quando incepit docere, et miracula facere etc.

cap. 16

2. absq; synagogis facient uos. sḥ tanq; ex
communicatos eicient, et uenit autem uos. ut omnis
qui interficit uos arbitretur obsequium se præsta
re deo. sḥ uel deo cœli sicut Iudæi, fideles Christi q;
sequentes; uel deo opinatiue, ut gentiles Ioui, aut
Saturno, cum sanctos occidebant.

10. de Iustitia uero (sḥ arguet Paracletus mun
dum) q; ad patrem uado. sḥ resurgens, et ascen
dens, in quo Christi iustitia declarata est. et iam
non uidebitis me. sḥ post ascensionem præsentia
corporali.

11. De Iudicio autem (sḥ arguet spiritus veri
tatis mundum) quia Princeps huius mundi iâ
tus mundum) quia Princeps huius mundi iâ
iudicatus est. i. diabolus condemnatq; tanq; idoli
natq;.

12. adhuc habeo multa uobis dicere sed nõ
potestis portare modo. sḥ propter uestram imperf
ectõ

fectionem, et earum rerum arduitatem.

13. cum autem venerit spiritus veritatis ille docebit vos omnem veritatem. scilicet vobis necessariam.

21. mulier cum parit tristitiam habet. i. ecclesia cum dolore de morte Christi domini concutit. vel collegium discipulorum domini, cum peperit. scilicet cum Christus resurrexit. ideo dicit natus est homo et non infans.

22. et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. scilicet vitam meam, vel potius iam tunc immortalem nemo tollet a vobis. vel gaudium futurum de aeterna beatitudine in gloria.

~~in nomine meo dabit vobis. scilicet si expederit accipere~~

23. In illo die non me rogabitis quicquam. q.d. spiritus sanctus ad vos missus, sic instruet vos, ut iam non egeatis interrogare me. ^ in nomine meo dabit vobis. scilicet si expederit accipere.

24. usque modo non petistis quicquam in nomine meo. quia apostoli ante resurrectionem domini non ita cognoverunt virtutem nominis Christi sicut postea: et ideo ignorabant, quod omnis eorum petitio esset exaudibilis in nomine Christi.

26. In illo die in nomine meo petetis. scilicet post resurrectionem. vel die foelicitatis aeternae. quasi orantibus et exaudientibus in coelo.

31. Respondit eis Iesus modo creditis? q.d. paucorum durabitis in hac fidei firmitate imminente mea passione. vel itane modo creditis. i. tam sero

33. Hæc locutus sum vobis ut in me pacẽ habeatis. i. mecum. vel in me confidite ego vici mundum. i. per victoriam. vel ego vici. et faciam vos victores.

cap. 17.

2. clarifica filium tuum, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. i. in omnes homines.

3. Hæc est vita ætterna ut cognoscant te solũ deum verum. non excludit spiritum sanctum in quo est eadem essentia.

4. opus consummavi, quod dedisti mihi. ꝙ iam imminebat illi passio, qua peracta infra. ca. 19 dicit consummatum est.

5. & nunc clarifica me Pater claritate quam habui. i. fac participem naturam mortalem, quam assumpti illius claritatis.

9. ego pro eis rogo. non pro mundo rogo. q.d. efficacia meę orationis, & passionis prodesse tantum electis, ꝙ reprobi mundani impedimentum apponant nec illis prosit.

11. & iam non sum in mundo. i. in proximo est ut a bullis per mortem dissiungar. Pater sancte serva eos ut sint unum, sicut & nos. Hj ut sint unum ipsi in charitate. sicut nos sumus unum in natura.

18. Sicut tu me misisti in mundum, et ego mis si eos in mundum. i. mittam.

19

19. et pro eis ego sanctifico meipsum. i. me
ipsum in sacrificium offero. ut sint ipsi sancti
ficati in ueritate. i. sancti. et deo accepti

cap. 18.

1. egressus est trans torrentem cedron. i. ce
drorum, quorum ubi erat multitudo. cedron enim
genitiui
casus est grecus, diae autem torrens qui inter ci
uitatem Ierusalem. et montem oliueti raptim
transit.

3. Iudas ergo cum egpisset cohortem. sb̄z mi
litum Romanoꝝ

28. adducunt Iesum a caypha in pretorium
.i. a domo caypha (~~uel adducunt ad caypham~~) in
domum Pylati ad quem pertinebat iudicium in eau
sa sanguinis. pretorium autem erat locus ubi iu
dicabant. uel adducunt Iesum ad caypham.
et ipsi non introierunt in pretorium. ne sb̄z
contaminarent ex ingressu in domum hominis
gentilis, qui non putabant se contaminari ex oc
cisione Christi.

• ~~31. nobis non licet interficere quēq̄. sive
non possent damnatū sententiam libenter contra
Christum iudicium recepissent~~

^ 31. nobis nō licet interficere quēq̄. si enim possent damnatis sententiam libenter cōtra Christū iudicium recepissent.

• 28. sed ut manducarent Pascha. nota q̄
sic Pascha non sumit pro agno paschali (quod dicit
grece non recte intelligentes) q̄ illum iam manducauerant die precedenti, sed sumit q̄ Pascha pro

Pa-

Panib9 azimis, quibus uescebant per septem dies continuos, neq erat licitum illos comedere nisi personis mundis.

32. ut sermo Jesu impleret quem dixit. sc. matth. 20. q esset tradendus gentib9 a principi b9 sacerdotum etc.

33. Tu es Rex Judeorum? q. d. est uerum id quod tibi imponitur sc. q dicis te esse regem Iudeorum.

36. Regnum meum non est de hoc mundo non negat se omnium Regem, sed dicit se non quęrere temporalem dominationem, neq ab hominib9 accepisse regnum; quod explicat cum addit regnum meum non est hinc.

cap 19

11. Non haberes potestatem ullam in me nisi tibi datum esset desuper. i. a Principib9 Romanorum uel a deo permittente.

13. Pilatus sedit pro Tribunali in loco qui dicit lithostrotos. grece. i. lapidum stratura. sicut et nunc in introitu magnarum domorum sut attria similib9 lapidibus strata. quę uulgo dicim9 enlosados.

31. quoniam parasceue erat. i. dies ueneris in cuius Vespere incipiebat festiuitas sabbathi quę apud hebreos erat maxima omnium festiuitatu

et tunc duplicabat propter octauam Pascha occurrentem. ut non remanerent corpora Sabbatho. q̃ sc̃ erat indecens in tam grandi so lemnitate. Rogauerunt Pilatum ut frange rent eorum crura. sc̃ ut citius morerent. et ad hoc ut non possent euadere depositi de patibulis.

32. Venerunt ergo milites. sc̃ duo. hinc inde. alter alterius latronis frangens crura. alias ad Christum peruenissent prius q̃ ad secundum latronem erat enim dominus in medio eorum

36. os non comminuetis ex eo. i. ex agno pas chali. qui fuit figura Christi domini.

38. Posthæc autem rogauit Pilatum Joseph ab Arimathea. hæc est ciuitas quæ. 1. reg. 1. dici t Ramatha; de qua etiam fuit oriundus samuel

39. venit et nicodemus ferens mixturam myrrhæ et aloes. aloes forte est quod vulgo di cimus a Zibar. qui uenerat ad Iesum nocte pri mum. i. primaniter.

41. erat autem in loco ubi crucifixus est hor tus. i. prope locum.

42. ibi ergo propter parasceuem Iudæorum q̃ iuxta erat monumentum posuerunt Iesum, q̃ sc̃ propter festiuitatem Sabbathi imminentem, non poterant corpus longius asportare ~

~ cap. 20 ~

1. Vna autem sabbathi. i. prima die post sab ba-

bathum) 10. abierunt ergo discipuli iterū
ad semetipsos. sb̄ ob metum Iudeorum congrega
ti sunt in locum, ubi prius latitabant.

17. Noli me tangere. nolebat enim tange
re. nondum enim ascendi ad patrem meum
Augustinus exponit. q̄ nondum credis ex corde tuo
~~eadus~~ me ascendisse ad q̄ualitatem patris mei.
uel ut exponit Chrisostomus Christus dominus ap
paruit maria in uerissimi corpore ei, quem habe
bat ante resurrectionem (ut eius ueritas proba
ret) et non in illa claritate, quā est propria cor
poris gloriosi; et ideo maria credebat eum resurge
re ad uitam cōmunem. et uolebat eum tangere
pedibus obuoluta. nondum enim ascendi ad
patrem meum. i. iam non uiuo cōmuni uita q̄
uis apud uos per dies quadraginta manens ascen
dam ad patrem meum.

cap.

3. Dicit ei Symon Petrus. Symon uocabat prius. Deinde a Christo dominio dictus est Petrus

5. Nunquid pulmentarium habetis puerj?

1. filioli ecclesiæ sic. gen. 41. 12. et Zachar 2. 4. obsonium habetis.

8. non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis. sic passibus sexaginta; cubitus enim sesquipes. passus pedes quinq.

9. Viderunt prunas positas et piscem superpositum, et panem. omnia hæc sunt ubi diuina uirtute allata ad firmandos discipulos in fide.

15. dicit ei. (sic Petro Christus dominus) Pasce agnos meos. bis dicit agnos, et semel oues. q̃ sũt tres ordines seu status pascendorum in ecclesia sc̃z incipientium, proficientium, et perfectorum: et duo priores dicunt agni. et dicit ter Pasce q̃ Prælati debent pascere uerbo, exemplo, et etiam ut possunt subsidio temporali.

18 Cum autem senueris (sic o Petre dicit dominus) extendes manus tuas. sc̃z in cruce moriens. et alius cinget te. sc̃z funibus. et ducet te quo tu non uis. sc̃z secundum appetitum sensitiuũ.

22. Sic eum uolo manere donec Veniam. i. non moriar morte martyrij. et uulenta sicut tu, donec ego ueniam ad eius mortem, ut habet in legenda sãcti Joannis. non donec Veniam ad iudicium finale, qui

quidam interpretati sunt. et Augustinus improbat.

24. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his. Sic ego Joannes.

25. Sunt autem et alia multa, quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, neque ipsum arbitror mundum capere posse, eos qui scribendi sunt libri. Hæc per hyperbolem dicta accipienda sunt

In

ACTA APOSTOLORUM

Sequitur Historia Apostolorum. narrantur
quidem et alia, sed precipue, que per Apostolos, et
maxime, per Paulum gesta sunt.
Huius autem libri auctor Lucas est medicus Anti-
chenus. et euangelista dominj.

1. Primum quidem. i. primo. Sermonem fe
ci de omnibus q. c. I. f. et docere. sc̃z in euan
gelio, quem scripsit.

6. Domine si in tempore hoc restitues reg
num Israel. i. Israel, quod erat in potestate
Romanorum, et discipuli arbitrabant Christum
dominum temporaliter regnaturum: unde filijs Ze
bedei dexteram, et sinistram petebant, et ideo tam
q̃s stulte interrogantibus. Respondet eis, non est ves
trum nosse tempora uel momenta etc̃.

11. Sic Veniet quemadmodum uidistis eum as
cendentem in coelum. sc̃z in forma humanitatis
gloriosa ad iudicandum.

12. qui est iuxta Ierusalem (sc̃z mansionis
ti) Sabbathi habens iter. i. per mille passus dis
tans a Ierusalem, q̃ per tantumdem spacium pote
rant Iudei in sabbatho ambulare, et a ciuitate eꝫ
gari sine sabbathi transgressione, q̃ illud magis p
terat dici deambulatus recreationis, q̃ laboriosa itine
re

neratio) 14 Hi omnes erant cum mulierib9 et
maria matre Iesu et fratribus eius. i. alijs de
cognatione Iesu.

18. et hic quidem (scilicet Iudas Iscariotes) Pos
sedit agrum. i. possidere fecit de mercede iniq
uitatis. i. iniquæ uenditionis domini. et diffusa
sunt uiscera eius. i. effusa cadente misero Iuda
de patibulo.

26. et dederunt sortes eis. sorte nominibus
in carta scriptis, ut nunc fieri consueuit. et cecidit
sors super Matthiam. Dionisius Areopagita do
num quoddam esse existimat, sed quale illud sit non
explicat

cap. 2.

5. Iudæi uiri religiosi ex omni natione
scilicet de illis qui ducti fuerant captiui a Rege chalde
orum, et ob amorem filiorum, et rerum, quas in
illis partib9 acquisierant noluerunt uti licentia re
deundi transferendo domicilia in Iudæam. et
similiter captiuati, et uenditi per Antiochum, qui
quandoque religionis causa ueniebant in Hierusa
lem, nam qui captiuati sunt per Salmanassarem
Regem Assyriorum, ut dictum est Oseæ. 1. non redie
+ runt in Iudæam. ~~[illegible]~~:
uel illud Viri religiosi coniunge non cum ly Iudæi
sed cum ly ex omni natione. quia ut supra dicebam9
ex omni natione conuertebant multi ad iudaismum
11. Proselyti quoque. i. Recenter ad iudaismum

cō

conuersi / 38. poenitentiam agite et bap
tizet unusquisq; vestrum in nomine Iesu=
Xristi. i. in virtute ipsius baptismo cõmunicata
vel q̃ talis fuit forma baptismi in primitiua eccles-
sia, ut nomen Christi quod fuerat ex ostium ama
bile redderet: pq tergũ q̃ in nomine Christi immu
ersa trinitas significat enim unctum, inquo im
portat pater ungens, filius unctus, et ipsa unctio
que est spiritus sanctus.

40. Saluamini a generatione ista prava, i.
Iudaica, que pro maiori parte mansit in obstinatio
ne infidelitatis.

42. erant autem perseuerantes in doc=
trina apostolorum et communicatione fractionis panis. sb eucharistie, q̃
quotidie cõmunicabant. et in cõmunicatione
panis, q̃ omnia cõmunia habebant.

43. fiebat autem omni anime timor. sb
predicationem Petri, et prodigia que fiebant per
apostolos.

47. Dominus autem augebat qui salui fie
rent in idipsum. i. in doctrinam, et cõmuni=
onem apostolorum.

cap. 3.

16. In hoc quem uidetis et nostis. sb
sanum, et incolumem; confirmauit. sb in sanita
te. Nomen eius. i. inuocatione nominis Christi.

17. Scio q̃ per ignorantiam fecistis sicut et

Prin

Principes vestri . i. nos scilicet sicut principes vestri . sic occidistis . sicut et illi Christum dominum cum differentia tamen ignorantia; quilli cognoscere esse Christum in lege promissum; ut colligitur matth. 21. et 27

22. Moyses dixit quoniam prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris tanq̃ me ipsum audietis. et multo magis, qui erat data nova testamenti (et cum dictum sit auctoritate) sicut et ego vobis.

cap. 4

1. Loquentibus autem illis ad populum supuenerunt Saducei. isti ideo specialiter exprimuntur, qui negabant resurrectionem mortuorum futuram; ut infra cap. 23.

3. et posuerunt eos in custodiam. i. in carcere

22. annorum enim erat amplius quadraginta Sorte in quo factum fuerat signum illud sanitatis. q. d. omnibus perlongam eius qui tatem erat notum, q; fuisset perlongum tempus claudus. et ipsius etiam confessio erat efficax. ||

27. conuenerunt enim in Ciuitate ista ad sanctum puerum sanctum tuum Iesum, quem unxisti. i. adversus ~~sanctum~~ tuum sanctissimum puerum et innocentem filium.

28. facere quæ manus tua. et consilium tuum decreuerunt fieri. q. d. ad exequendum quæ tu

de

decreuisti conuenerunt maligni. traditus est enim Christus dominus á Patre æterno á seipso, et a Iudæis, differencer tamen. et secundum passionem dicit opus dei et Iudæorum, ut ponderet Magister sententiarum.

cap. 5.

2. et fraudauit de precio agri consciaux ore sua. sb3 fraudauit cõmunitatem (erant enim omnia cõmunia) retinendo sibi de precio.

4. nonne manens tibi manebat. sb3 anteqũ uenderes in cõmunitate stabat uenire. et uenundatum in tua erat potestate. i. tuæ uenditum potuisses in quoslibet usus ad libitum conuertere et precium consumere.

5. audiens autem Ananias hæc uerba expirauit. sb3 a deo percussus, Leges enim nouiter conditæ sunt cum magno rigore obseruandæ, ut patet contra Nadab. et Abiu Leuit. 10. et contra dl ligentes ligna num. 15.

13. cæterorum autem nemo audebat se coniungere illis. sb3 licte uidentes poenam Ananiæ et Saphiræ a deo inflictam.

17. quæ est hæresis Saduceorum. Si negabãt resurrectionem mortuorum, spiritum, et angelum ut patet infra. cap. 23. Repletis sunt zelo i. inuidiæ, et ira

28. præcipiendo præcepimus uobis ne doceretis

in

In nomine ihu. et multis inducere super nos sá
guinem hominis istius. q. d. non solum ei tis in o
bedientes, sed et nobis homicidij crimen imponitis
31. Hunc deus exaltauit ad dandam poeni
tentiam israel. i. virtutem. et tempus poenitê
tiæ.
36. ante hos errindies exstitit Theodas di
cens se esse aliquem magnum. sb̄z prophetam
qui tamen reductus Josephus magicis artib9 decepit
multos de Jerusalem. et multis facultatib9 de Je
rusalem sublatis duxit eos ad ryppas Jordanis di
cens se pr̄bituru transitum per arentem alue
um. qui occisus est. sb̄z per milites ad hoc missos
a fade Pr̄side syrie
37. Post hunc exhibet Judas galileus in die
bus professionis. sb̄z tempore. qū singuli de Jud
a ibant in ciuitatem suam ut profiterent se esse
subditos Romanorum, ut habet luc. 2.
40. et conuocatis Apostolis eçsis denuncia
uerunt. ne loquerent in nomine Jesu. eçsis
.i. prius flagellatis.

cap. 6.

1 crescente numero discipulorum facta
est murmur grecorum aduersus hebr̄os. q. ubi
est multitudo non desunt discoli. et discordie.
grecorum. utriq; erant iudei. sed hi nati in græca

ex

ex ibi dispersis Iudęis per Antiochum. eoq despicerent in ministerio quotidiano viduę eorum. sb; qr uel tanq̃ rudes non admittebant ad ministrandum multitudini. uel qr eis minus necessarijs ministrabant.

6. orantes imposuerunt eis manus. sb apostoli illos sic assumptos ordinantes in diaconos. Unde et nunc diaconi ordinant per manuum impositionem.

9. Surrexerunt autem quidam de synagoga quae appellat libertinorum. a regione sic nominant etc. Nomina sunt regionum Iudeę propinquarum.

cap. 7

2. Dixit autem Princeps sacerdotum deus gloria apparuit Patri nostro Abrahę cum esset in messopotamia. i. intrasset terminos messopotamiae Regionis. Priusq̃ moraret in Charan. sb; cum patre suo. sed quomodo hic numero. 3. dicit exi de terra tua, cum jam exijsset de chaldea quę est distincta regio a messopotamia. quidã dicunt. q, nondum exierat mente, quamuis exijsset corpore; qr statuerat illuc redire. hoc tamen uidet a ueritate alienum. ac proinde. Dr. q, illud exire est magis se elongare, et id etiam significat littera hebraica genes. 12. ubi enim nostra translatio ha

habet egredere de terra tua in hebreo habet ua
de tibi de terra tua. q.d. pro tua utilitate uade lo
gius.

5. et non dedit illi hereditatem in ea. q.
sibi habitauit in terra Chanaam tanquam aduena et
peregrinus: q. si gen. 21. legit emisse agrum ab e
phron Hetheo. illud non fuit ad manendum ibi, uel
colendum illum, sed pro sepultura Sare.

6. et seruituti eos subiicient annis 400. isti
anni sunt incipiendi a natiuitate Isaac, usque ad ex
itum filiorum Israel de egypto. uel dic ut hoc
ut habes in Antiedimenis fusius. lib. 2. c. 11. §. 1

8. et dedit illis testamentum circuncisionis
.i. pactum.

13. et in secundo cognitus est Joseph. i. in se
cunda missione.

14. mittens autem Joseph accersiuit Jacob
patrem suum et omnem cognationem in ani
mabus septuaginta quinque. id secundum 70. uj
de gen. 46

16. et translati sunt in Sichem. pro translatus
sub Joseph. uel etiam translati eius fratres mortui
in egypto ut dicit Josephus de ant. lib. 2. cap. 3.
et positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham
precio argenti a filijs Hemor filij Sichem. quidam
dicunt Stephanum intentum (uefit) in aliud pro

Jacob

Iacob dixisse Abraham et pro patris Sichen filijs Sichen. Lucam uero fideliter, quod ille dixerat retulisse; neque id dicunt repugnat Stephani spiritui et sapientiae qua plenus erat accidit enim interdum sapientissimis, et sanctissimis. vide gen. 33. quo quod attinet ad uocem filij graece est τοῦ σιχ-
tu Sichem
εμ. quod potest intelligi patris Sichem: uel illi Hemor fuit etiam Sichem pater. et hoc tamen habes expressius alibi: vide Lyranum et glossam hic
Lib. 3. cap. 28 / § . 7
est enim difficilis locus.

29. Fugit autem Moyses et factus est aduena in terra Madian. i. Ethyopia. ubi generauit filios duos scilicet gersam. et Heliezer de Sephora uxore sua exo. 2.

33. dixit autem illi dominus solue calceamentum pedum tuorum. haec erat hebreorum ceremonia cum in sancta loca intrabant: et Sancti am nunc obseruant sarraceni ingrediunt enim pedibus discalciatis loca suae religionis cultui dedicata.

42. conuertit se autem deus. scilicet ad iram. et tradidit eos seruire militiae coeli. i. astris idolatrando et daemonibus inseruiendo. conuertit se deus. graece. auersus est deus ob eorum malitiam.

4. et suscepistis sydus dei uestri Rempham
idest

33 dyt Luciferum seu stellam matutinam, que
obsui splendorem, á pluribus adorabatur.
45 quod et indicxerunt patres nostri:
suscipiencs cum Iesu possessionem gentium
quas expulit deus a facie patrum nostro
rum, iesp in diebus David. sb qui transtul
it arcam domini in Jerusalem uolens gdificare
templum, ut habet 2. reg. 7.
56. ecce uideo coelos apertos et filiumho
minis stantem a dextris virtutis dej. g. d.
paratum mihi succurrere, qui alias sedet a
dextris uirtutis patris

^ 57 B. et testes depo
suerunt uestimenta
sua. sb testes falsi:
qui lapidabant eum
iuxta legem dicentê
prima manus testi
um lapidabit eum,
ett.

cap. 8.

2. curauerunt autem Stephanum uiri
timorati. i. decenter sepelierunt.
9. Vir autem quidam nomine Symon
qui ante fuerat in ciuitate magus. cõmu-
niter dicit a doctoribus, q conuersus ethius fuit fic
ta. Unde multum resistebat postea Petro et
Paulo prædicantibus Romæ; immo obtulit pre
cium pro potestate dandi spiritum sanctum, a qõ
dictum est Symonia crimen.
